RUFI FESTI AVIENI

DESCRIPTIO ORBIS TERRÆ.

RUFI FESTI AVIENI
DESCRIPTIO
ORBIS TERRÆ,

CUM CONJECTURIS NONNULLIS CLAR. SCHRADERI
NUNC PRIMUM EDITIS AC TEXTUI SUBJECTIS.

ACCEDUNT

NICOLAI HEINSII
CASPARIS BARTHII
CLAUDII SALMASII

ALIORUMQUE

ADNOTATIONES IN AVIENUM,

IMPENSIS ET CURIS

H. FRIESEMANNI,
QUI HIC ILLIC SUA ADDIDIT.

BIBLIOTECA NAZIONALE "VITTORIO EMANUELE III" NAPOLI

AMSTELODAMI,
Apud PETRUM DEN HENGST.
MDCCLXXXVI.

JUVENIBUS NOBILISSIMIS

ALUMNIS CARISSIMIS

ET

SEMPER AMANDIS

JACOBO BOREEL,

JANO HUYDECOPER

AC

JANO BERNARDO BICKER,

JANI BERNARDI FILIO.

Omnia fauſta precatur

EDITOR.

Cogitanti mihi JUVENES AMATI, ALUMNI CARISSIMI, cuinam AVIENI deſcriptionem Orbis Terrae ſacram facerem, animus non diu haeſit dubius: Vobis enim conſiliis monitisque meis formandis totus deditus, nihil, niſi Veſtram conſidero utilitatem, haec ſola mihi noctes dieſque ante oculos verſatur, haec denique votorum noſtrorum ſumma eſt!

Quum lectionibus privatis VOBIS

plus ſemel ob oculos poſuerim Geographicae uſum cognitionis, quâ ſine Hiſtoriae tam veteris, quam recentioris, Poëſeos, cuncta denique litterarum claudicant ſtudia, nihil restat, quam ut Vos amicisſime rogem, hanc AVIENI editionem benignâ mente accipere ac in uſus vestros convertere ne dedignemini! Valete JUVENES PERCARI, in ſpem Patriæ crescite & SUPREMUM NUMEN conatibus vestris ſemper habete benevolum!

PRAEFATIO

AD

LECTOREM.

Quum Editiones Avieni rariſſimæ aut fere nullæ ſint, ſed Collectaneis ubique adhæreant, conſilio quorumdam amicorum adductus novam ſeparatim editionem impenſis meis dare conſtitui. Quam, ſi benigno vultu adſpexeris, Lector, ORA ſequetur MARITIMA ab eodem Auctore conſcripta, nec non PRISCIANUS, idem etiam DIONYSII PERIEGETÆ interpres, cum cæteris Geographis Græcis, qui vocantur, minoribus. Horum omnium Principem DIONYSIUM mihi aliquanto curatius elaborandum ſumſi, qui, annuente Numine, multis ſcholiis hucusque ineditis locupletatus, brevi prodibit. Omnia quoque Geographiam

ſpectantia in illo diligentius tractavi, reliquosque minores plus ſemel illuſtravi & correxi.

Nunc de AVIENO ipſo ejusque Editionibus verbum addam.

Quæ Fabricius in alterâ edit. Bibl. Lat. Lib. III. Cap. XI. de eo tradit, hæc ſunt:

RUFUS FESTUS AVIENUS, patriâ fortasſis Hiſpanus, ni conjecturæ, ex Hiſpaniæ laudibus & Punicis Himilconis Annalibus, ab Avieno citatis, petitæ, fallunt. Vid. Nicolaum Antonium Lib. II. veteris Bibl. Hiſpanæ Cap. 9. ubi Christianum quoque fuisſe contendit Avienum, argumentis admodum levibus uſus: Pro Hiſpania etiam pugnat Rameſius ad Luitprandum, N. 204. Meo quidem judicio non erraverit, qui Italum patriâ, & a Christiana religione dixerit alienum; præcipue ſi de hoc nostro accipiendum monumentum, quod Romæ in Villa Cæſarini

exſcriptum dedit Sponius de aris ignotorum Deorum pag. 41, & in Miſcellaneis eruditæ Antiquitatis pag. 99.

R. FESTUS V. C. de ſe ad Deam Nortiam:

Feſtus Muſoni ſoboles prolesque Avieni,
Unde tui latices traxerunt Cæſia nomen,
Nortia, te veneror lare cretus Vulſinienſi,
Romam habitans, gemino Proconſulis auctus honore,
Carmina multa ſerens, vitam inſons, integer ævum,
Conjugio lætus Placidæ, numeroque frequenti
Natorum exultans, vivax & ſpiritus illis:
Cætera compoſita fatorum lege trahuntur.

Sancto Patri Filius Placidus,

Ibis in optatas ſedes, nam Jupiter æthram
Pandit, Feste, tibi, candidus ut venias.
Jamque venis, tendit dextras chorus inde Deorum,
Et toto tibi jam plauditur ecce polo.

Aliam inſcriptionem græcam in Rufum Feſtum, Græciæ Proconſulem, vide apud Gruterum, f. CCCCLXIV, 7. & Fabrettum pag. 742. Diverſi ab hoc quatuor vel quinque Avieni, qui conſulatum Romæ geſſerunt, & Avienus, ad quem exſtant Ennodii Ticinenſis Epiſtolæ, item alter, ad quem exſtat Epiſtola Joannis II Papæ.

Noſter vero, quem admodum juvenem inducit Macrobius in Saturnalibus, memorantque S. Hieronymus in Epist. ad Titum, ac Servius ad Georgic: pag. 97, Theodoſii junioris, Marciani, & Leonis Thracis temporibus (non vero Diocletiani, ut Petro Crinito viſum) clarus, varia latino carmine compoſuit, quibus ingenii & doctrinæ laudem conſecutus est non vulgarem. Vid. Burmannus Anth. Tom. I. pag. 494.

Hæc de Avieno Fabricius. Adjiciam, quæ de Editionibus ibidem proferuntur.

Sed, illis (ſcil: carminibus, quorum modo meminerat,) deperditis, exſtat hodie *Metaphraſis Periegeſeos Dionyſii Alexandrini*, eodem hexametri carminis genere conſcripta: prodiit Venetiis Anno 1488. 4. &, longe emendatior inter vetera poëmatia curante Pithœo, Pariſiis 1590, 8. & 1599. 12. a quo tempore Madriti recuſa ſunt opuscula Avieni, quæ exſtant, omnia, typis luculentis, ſed vix usquam, quam Pithœus ediderat, castigatiora. Quod vero in Boecleri libello de ſcriptoribus Græcis & Latinis legitur, Avieni Metaphraſin Dionyſianam in Scaligeri Theſauro temporum editam reperiri, memoriæ vel librarii hallucinatio est: Nam etſi Joſepho Scaligero conſtitutum erat Avienum recenſere & una cum ſuis commentariis edere, id tamen neque in Theſauro temporum neque alibi præſtitit. Hæc Fabricius.

Secuta est, longisſimo ſane temporis inter-

vallo, Editio Hudſoniana, quæ Oxoniæ e Theatro Sheldoniana prodiit anno hujus ſæculi 17. cujus textum una cum notulis adjectis in mea editione ſervavi. His Cl. SCHRADERI, magiſtri olim ſpectatisſimi, conjecturas, ab ipſo mecum communicatas, inſerui; quibus viſis, jacturam tanti in re literaria Viri gravius dolebis, quippe qui Avieni editionem omnibus numeris abſolutam daturus fuisſet. Infinitas animadverſiones, tam in Avieni ORAM MARIT: quam DESCRIPTIONEM ORBIS TERRÆ, in proprios uſus adnotatas, reliquit Vir iste Celeberrimus, quarum tamen nihil, præter illas, quas in hac præfatione memoravi, videre mihi licuit.

Subjeci tandem opuſculo NIC. HEINSII, C. BARTHII, C. SALMASII ac FRANCISCI OUDENDORPII in AVIENUM adnotationes.

Tranſeo nunc ad loca nonnulla, a Clarisſimo PETRO FONTEINIO, acutisſimo

Critico, feliciter emendata, quæ rogatu meo mihi ſuppeditavit Vir humanitatis atque eruditionis laude aeque inſignis.

Initium Carminis ſic vulgo legitur:

Qua protenta jacent vaſtæ divortia terræ,
Et qua præcipiti volvuntur prona meatu
Flumina per terras, qua priſcis inclyta muris
Oppida nituntur, genus hoc procul omne animantum
Qua colit, Aonii peraget ſtilus impiger oris.

Ad hæc Cl. FONTEINIUS:

„ Iſtud *procul*, vs. 4, etſi nonnemini ſu„ ſpectum fuit, tamen non mutandum. Ne„ que enim ſpurium est, ſed otioſum; ita „ ut *hoc procul omne* nihil aliud ſit quam *hoc* „ *omne*; quo modo & infra, vs. 256, *toto pro*„ *cul orbe* legitur, pro, *toto orbe.* Quare Poë„ tae verba non aliter accipienda ſunt ac ſi „ ſimpliciter ſcripſiſſet, *qua genus animantum* „ *hoc omne colit*, id est, quatenus hic, de quo

„ loquor, univerſus terrarum orbis ab homi-
„ nibus habitatur. Alluſit nimirum ad pro-
„ priam ſignificationem nominis οἰκουμένη, quo
„ in Operis ſui titulo uſus eſt Dionyſius Pe-
„ riegetes, quem ducem ſequitur. Quod vero
„ attinet ad verba proxima, vs. 5, *Aonii pe-*
„ *raget ſtilus inpiger oris*, ea quin corrupta ſint
„ nullus dubito. Qua enim auctoritate defen-
„ di queant formulæ, *ſtilus peraget*, &, *ſtilus*
„ *Aonii oris*, ego equidem non video. Mihi cer-
„ te longe credibilius eſt, Avienum ſcripſiſſe,
„ — *Aoniis pinget ſtilus impiger orſis*: quo
„ pacto, in Operis exordio, Carmen ſuum
„ *Aonia orſa*, ut, in ejusdem fine, *Aonium*
„ *laborem*, appellaverit".

Verſu 13, Idem ſcribendum putat,

Nec tamen extremo teres eſt humus *undique in* orbe,

pro vulgato,

Nec tamen extremo teres eſt ſinus *undique in* orbem.

Confirmat conjecturam Dionyſii verſus 5,

Οὐ μὲν πᾶσα (ſcil. χθὼν) διαπρὸ περίδρομος.

Verſu 16 legendum conjicit idem Vir Doctus,

exeſo *curvatur* (ſcil. *humus*) ceſpite in arcum,

Cornua protentum,

pro corrupto,

acciſi curvantur ceſpitis arva,
Cætera protentus.

Quid enim *ceſpitis acciſi arva* ſint, non video. Contra vero *exeſo ceſpite* est de more Avieni. Infr. 686, *exeſæ telluris*, &, vs. 727, *molibus exeſis.* Comparationem quidem non ex Dionyſio deſumſit Poëta, verum, quod illi non infrequens, de ſuo addidit.

Pontum etiam non aliter *arcui* comparat Dionyſius, verſu 157 & ſeq.

Ἐκ τοῦ δ' ἂν καὶ πόντον ἴδοις διθάλασσον ἐόντα,
τόρνῳ ἐειδόμενον περιηγέος ἄμματι τόξου.

Verſu 39, forte reponendum conjicit,

Ceſpes terga jacens Aſiæ diſcedit *in oras,*
Immenſusque modi protenditur,

pro, *ſuccedit*. Recte. Similiter vs. 1231, *longas bivium diſcedat in oras*. Conf. vs. 314, & 370, ubi *diſcedit* etiam de tellure dicitur.

Et verſu 42,

Aſiam conterminus Isthmus
Europamque ſecat,

pro vulgatis,

Aſiam conterminus iste
Europamque ſecat.

Conjecturæ maximam vim addunt Dionyſii verba, vs. 20 & ſeq.

Ἰσθμὸς ἄνω τέταται τις ὑπέρτατος Ἀσίδος αἴης,
Κασπίης τε μεσηγὺ καὶ Εὐξείνοιο θαλάσσης.
Κεῖνον δ' Εὐρώπης Ἀσίης θ' ὅρον ἠνδάξαντο.

Verſus 60 en 61 ita conſtituit:

Sive quod in limo ſtupeat pars ſalſa profundo,
Seu quod, ſole carens, umbris plaga tecta rigeſcat,

pro vulgatis,

Denique quam lento ſtupeat plaga ſalſa profundo.
Vel quam ſole carens pars orbis tetra rigeſcat.

Mutationem, quam in ultimo verſu inſtituit Vir Clariſſimus, probant verba Dionyſii:

ἕινεχ' ἀφαυροῦ
Η'ελίου, βϱάδιον γὰϱ ὑπὲιϱ ἅλα τήνδε φαέινει,
Α'ιὲι δὲ σκιεϱῆσι παχύνεται ἐν νεφέλησιν.

In priore iterum ducem ſuum Dionyſium, reliquit Avienus, ſuamque opinionem de mari mortuo Dionyſianæ adjungere non dubitavit. Putat, ſcilicet, mare illud dici potuiſſe mortuum, quod aqua ejus, *in limo profundo* hærens, ventisque difficilius mota, eo facilius congelet.

Utrumque illud *quod* etiam ab ipſo Cl. SCHRADERO adnotatum inveni.

Verſu 82, ubi vulgo legitur:

Primus in orbe ſinus vasti maris æquora cingit,
Gurgitis Heſperii procul hic protentus in oras,
Faucibus a Libycis æſtum trahit, atque ubi lætam
Ceſpite ſub pingui pandit Pamphylia glebam,
Deficit, *&* curvâ *ſinuatur littoris orâ.*

parva verborum mutatione legendum judicat Cl. FONTEINIUS,

Deficit, & Syriâ *ſinuatur litoris orâ*,

ut, *Gigantea ſpatiabere litoris ora*, apud Propert. I, 20, 9.

Mare enim Mediterraneum Syriæ terminari litore abunde notum est.

Verſu 84 Idem reponendum exiſtimat:

Hic, *prolapſus aquas* Boreas ubi fundit ab arcto,
Terga procelloſo turgeſcunt *Caſpia fluctu.*

pro vulgatis,

Hic prolapſus aquas Boreali fuſus ab alto.
Terga procelloſo turgeſcit Caſpia fluctu.

Verſum 116 ita restituendum judicabat Cl. SCHRADERUS:

Qua ſe flabra trucis Boreæ per inhoſpita terræ
Eructant cœlo, populis caput Æneadarum,
Alba dehinc cautes est terminus.

Legitur vulgo: *caput ænea clarum.*

Hujus emendationis hanc reddit rationem:

„ In contextum admiſi veriſſimam lectio-
„ nem, quæ codicis Ambroſiani muniretur
„ auctoritate. Cauſſa vitii litera *d*, in, *cl*
„ mutata; & hinc vox una in duas diſtracta.

„ Eandem J. SCALIGER ingenii ope re-
„ pererat, & in Ambroſ: Cod: repertam N.
„ HEINSIUS ſimilibus firmaverat, ut Priſciani:

tellus jacet Auſonidarum:

„ Nec tamen hic locum intellexit: quod do-
„ ceat infelix conjectura,

populis caput Æneadarum
Alba, dehinc Caulon est terminus.

„ Senſum viderat & recte diſtinxerat E. HAL-
„ LEJUS, emendare conatus:

populis caput Æmona clarum,
Alba dehinc cautes est terminus.

„ Sed *Æmona* ferri nequit.

„ Non me fugit Herodiani locus, Lib. VIII. „ Cap. I. πρῶὶν Ἰταλίας πόλιν, ἣν καλοῦσιν Ἡμῶναν, „ & quæ Weſſel: ad It. Hiero: p. 560, 1. pro „ Herodiano contra Cluverium & Cellarium „ molitus eſt. Sed quis ferat, urbem, quam Vi- „ ri docti *Labacum* Carniolæ caput eſſe conſen- „ tiunt, ſeptentrionale caput Italiæ dici? quis „ tali loco locum in eleganti poëmatio dari?

„ Quid? quod incerta eſt ſcriptura? Quid? „ quod metri leges violari videntur?

„ Ἡμῶνα enim vocatur Ptolemæo pag. 63. „ Herodiano l. c. Zoſim. V. pag. 334.

„ Sed hærere tædet in refutanda correctio- „ ne perſpicuo falſâ". Sic SCHRADERUS. Ad eundem autem locum Cl. FONTEINIUS hæc monet: „ Scribendum, ni fallor,

Alba, dehinc cautes, eſt terminus.

„ Avienus, hoc in loco, *dehinc* de parte „ oppoſita utitur: Vult enim: *Alba eſt ter-*

„ *minus* Italiæ borealis, *cautes* vero auſtralis.
„ Similiter infra, verſu 140, ubi docet, mare
„ Hadriaticum *in boream ſe fundere* eo loco,
„ ubi ſinus Ionius cum eo conjungitur, id
„ est, *a parte auſtrali*, ſcribit, *dehinc*, at-
„ que adeo in parte boreali, deflecti in ze-
„ phyrum.

„ Lectio *Æneadarum*, quam ſervavit co-
„ dex Ambroſianus, procul dubio genuina
„ est. Sed quid est *caput Æneadarum?* Si
„ *caput* eo ſenſu accipias, quo Roma *caput*
„ orbis olim fuit dicta, a mente Poëtæ aber-
„ rabis, qui voce *caput* hic uſus est pro origi-
„ ne: ſic *caput* & *principium*, ut ſynonyma,
„ quamquam in alio argumento, adhibuit ſu-
„ pra, vs. 104.

Caput autem principiumque
Europæ & Libyæ est.

„ quomodo fluminum ſcaturigines etiam *ca-*

„ *pita* appellantur. Loquitur nimirum de *Alba Longa*, unde *Æneadæ*, ſive Romani, originem duxerint; quam etiam Auguſtinus, de Civ. D. III. 14, propterea *matrem* Romæ vocavit, his verbis uſus: *Nam & hoc plus quam civile bellum fuit, quando filia civitas* (Roma) *cum civitate matre* (Alba Longa) *pugnavit*". Hinc quoque veriſimile fit, in Avieni loco non legendum eſſe *populis*, ſed *Populi*; ut *Alba* dicatur *caput*, & veluti mater, *Populi Æneadarum*, ſive Populi Romani.

„ Exquo ſponte intelligitur, diſtinctionem non ponendam eſſe post *Æneadarum*, ſed post *Alba:* quod nomen haudquaquam, ut adjectivum, conjungendum eſt cum *cautes;* licet cæteroquin illa *cautes Leucopetra* fuerit appellata. Nam omnino ſignificare voluit Avienus, *Albam Longam* a boreali parte, *Leucopetræ* promontorium ab

„ auſtrali *terminum esſe* Auſoniæ. Quod ſi ta-
„ men nomine *cautis*, non *Leucopetram*, ſed
„ Auſoniæ τελευταῖον ἀκρωτήριον Ἡράκλειον intelli-
„ gere malis, non multum obnitar".

Liceat mihi, Lector, obiter notare, ele-gantisſimum Lucani locum, a nullo, ut mihi videtur, Commentatorum rite intellectum, modo laudato Augustini loco, ut Cl. FONTEINIUS me monuit, commode illuſtrari posſe. Est ſcilicet Pharſ. verſus I.

Bella per Emathios plus quam civilia campos
Jusque datum ſceleri canimus, —

Ad hunc locum ita Clarisſimus Lucani editor BURMANNUS: „ Licet omnia, quæ Vi-
„ ri Docti adſerunt, vere posſint dici de
„ hoc bello *plus quam civili*, ego tamen po-
„ tius acumen declamatorium, ex ævi hujus
„ conſuetudine, qua paradoxa amabant, ob-

„ ſervandum eſſe credo: nam in Syllanis &
„ Marianis bellis, omnia iſta ſcelera, quæ
„ in hoc, acciderunt: æque cognati & fra-
„ tres inter ſe coïerunt & ſævierunt, immo
„ plus ſcelerum in illis commisſum & ſangui-
„ nis fuit fuſum, etiam in pace ſtrictis gla-
„ diis, ut Flor. Lib. III. Cap. 21. Hic niſi
„ in acie, nemo fere cæſus, ibi post victoriam
„ crudelius ſævitum quam aperto Marte;
„ quam ſævitiam æquaturos, ſi non ſupera-
„ turos Pompejum & ejus ſequaces, ſi vi-
„ cisſent, ſaepe augurabatur divinus Cicero.
„ Denique clementia Cæſaris priorem furo-
„ rem multum mollivit, quum Sylla & Ma-
„ rius iras & ſævitiam continuam exercue-
„ rint, ergo hoc minus fuit prioribus civi-
„ libus bellum".

Senſus efficaciam ſane non cepit Celeb. BURMANNUS: non immerito enim hoc bellum *plus quam civile* vocat Poëta, in quo

non ſolum civis contra civem, frater contra fratrem, verum Pompejus gener contra Cæſarem ſocerum, armis ſævire non dubitavit; quo ſcelere bellum non ſolum *civile* & *plusquam civile* erat, ſed & parricidii fere nomine inſigniri merebatur.

Sed ad propoſitum redeo. Refutavit in iisdem ſchedis Cl. SCHRADERUS Hudſonii conjecturam in verſu 121, legentis,

Inſula qua Cyrnus fluctu madet allidente,
pro *alludente*.

& Gesnerum in Theſ. L. L. voce *allido*.
„ Non cogitabant, inquit SCHRADERUS,
„ *allido*, verbum eſſe activum, quod hic to-
„ lerari non poſſit: omnino retinendum *allu-*
„ *dente*, vid. Plinius, H. N. XXVI. 7. Ovidius
„ Met. Lib. I. vs. 342.

Huc it, & hinc illuc, & in adludentibus undis.

Pergit idem SCHRADERUS ad verſum Avieni 119.

„ *Littoris oſtriferi protendens latius undam.*

„ De Purpura Corſica alibi ſcripſimus, inquit
„ BARTHIUS.

„ Quid & ubi ſcripſerit, neſcio: hoc ſcio,
„ litus oſtriferum, non a purpura, ſed os-
„ treïs dici: Vid. Toll. ad Auſon: pag. 604.
„ ubi Vinetum de ſignificatione dubitantem
„ merito notat.

„ Idem tamen error in Theſ. Gesn. per-
„ manet. Nostris etiam temporibus *Oſtrea*
„ *Corſica* celebrantur: Boswellus in Corſica
„ pag. 19. *Dans pluſieurs endroits les Corſes*
„ *ont de fort vastes etangs remplis d'huitres*,
„ quem locus Avieni fugit. Nec miror, nam
„ fugerat Berger. in Eclog. Antiq. Corſic.
„ pag. 39. Magni tamen ponderis fuisſet ad
„ probanda dicta pag. 19. *De toute ancien-*

„ *neté la Corſe a été renommée pour la bonté*
„ *de ſes poisſons.*

„ Juvenalis enim, testis citatus, non re-
„ ſpondebit v. 92. Bene Grangæus. Sed
„ eundem errorem Bergerus erraverat, ex
„ quo ſua Boswellus videtur compilasſe.

„ *litoris — protendens latius undam.*

„ Quomodo *protendere potest undam litoris?*

„ an *oram?*

„ Millies quidem voces permutantur, an quia
„ *Litoris — ora* præcedit, hic præſtat

„ *Litoris — actam?*

„ Sic noster loqui ſolet vers. 141.

„ *Hinc ſinus Ionius curvatur litoris acta,*

„ Verſu 682.

„ *Atque Dionæi pulſatur litoris acta.*

„ Verſu 1055.

„*Ora Syrum curvi procumbens litoris actam.*"

Ad hunc locum ſic Clar. FONTEINIUS: „ Formam quidem accuſativi *actam* vix reperias apud Veteres; quare *acten* præferrem, etiam in Avieno; qui tamen hoc in loco eam vocem non videtur adhibuiſſe. Vide an *ulvam* reponere liceat. Sic ſignificaverit Avienus, Corſicæ *litus* „ *ostriferum* eſſe *limoſum*. De limo Nili, „ Ægyptum fœcundante, infra verſu 346, „ voce *ulva* uſus est. Forte etiam *limum* in „ litore Corſicano, quo *ostrea* alantur, *ulvam* „ appellavit: quo pacto *protendere littoris ulvam*, dixerit pro *protendere litus limoſum*. „ Sed forte malit quis, *algam*: quomodo infra verſu 509:

„ *Hadrias unda vadis largam procul exſpuit*
„ *algam.*

Ad verſum 137 ſequentia notavit Cl. SCHRADERUS:

„ *Nec minus Italiam cornu proſpectat acuti*
„ *Litoris, & rapidi perflatur Japygis ortu.*

„ Dionyſius a vs. 85 ad 90:

„ Ναὶ μὴν καὶ τετάνυσαι Ἰηπυγίην ἐπὶ γαῖαν.

——— ——— ———

„ Quivis videt verbum τετάνυσαι referri ad
„ Σικελὸς ῥόος. Avienus tamen, longa parentheſi
„ deceptus, ad Κρήσσης ἄκρης retulit & ſenten-
„ tiam turbavit.
„ *Cornu acuto* legit Ab. Ortelius.

„ porro.

„ *Rapidi perflatur Japygis ortu.*
„ an *aura?*
„ an *ore?*

„ Sic verſu 374.

„ *Altera perflatur genitabilis ore Favoni.*

„ Heinius ad Tibullum Lib. I, v. 27. *canis* „ *æſtivos ortus* pro æſtu ſub illius ortum in- „ gruente poſuit, ex Poëtarum more; An ſic „ ortu Japygis, pro vento, qui eo oriente „ flat?

Amici doctisſimi ſententiam non probans Erud. FONTEINIUS, heic loci ſequentia profert:

„ Liceat mihi patrocinari Avieno, qui, „ meâ quidem opinione, ſententiam non tur- „ bavit, ſed tamen orationem ſuam impe- „ ditiorem reddidit longâ illâ digresſione „ *de Creta*, quæ medio verſu 129 incipit, „ & verſu 136 finitur. Ea ſi uncis includa- „ tur, perinde ac ſi post verba *Pachyni* „ *juga* continuo ſequeretur verſus 137, „ *Nec minus It.* &c. facile apparebit, quid „ voluerit Poëta. Scilicet, de *ſalo Tyrrheno* „ locutus, veluti per fretum Mesſeniacum,

„ venit ad mare Siculum, docetque illud, a fre-
„ to illo, verſus auſtrum, quatere litus Siciliæ,
„ *usque in Pachyni juga*, & verſus boream
„ *proſpectare cornutum* litus Italiæ, usque ad
„ Japygiam. Sic, ni fallor, omnis difficultas
„ erit ſublata, dummodo Avieni verba, nonni-
„ hil corrupta, ad hanc normam emendentur.
„ Nam hæc interpretatio, ut puto, ſatis oſten-
„ dit, rem ipſam postulare, ut vs. 128 pro
„ *obliquum altum*, legatur *obliquam acten*, quæ
„ emendatio eo magis etiam neceſſaria est,
„ quod vulgata lectio, *gurges quatit altum*,
„ ferri nequit. Tum quoque manifesto laborat
„ vs. 137, ubi dicitur, Siculum mare *Italiam*
„ *proſpectare cornu acuti litoris*, quum Avie-
„ nus ſcripſiſſe videatur:

„ *Nec minus Italici cornu proſpectat acutum*
„ *Litoris.*

„ quo pacto illam *litoris Italici* partem, qua

„ mari Siculo adjacet Japygia, quæque admo-
„ dum acuta est, *cornu acutum* appellaverit.
„ Tantum abest, ut hîc de cornu aliquo in
„ Κριῦ μετώπῳ cogitandum ſit.

Ad hunc & ſequentes verſus, ſequentia adnotavit doctiſſimus SCHRADERUS:

„ Verſu 140.

„ *deflexa parumper*,
„ *Qua ſinus Ionius* &c.

„ legit Oddius. Forſan lectionem vulgatam
„ ſervando in vs. 141. legendum: *Alta petens*,
„ Hudſon:
„ In his refutandis non morabor.
„ Editiones omnes habebant & diſtinguebant:

„ *Hinc ſe rurſus aquis Hadriatica marmora fundunt*,
„ *In boream zephyrumque dehinc deflexa parumper.*

„ *Hic ſinus Ionius curvatur litoris acta,*
„ *Alta petunt rauco penitus repentia fluctu,*
„ *Ceſpitis & gemini tellus inrumpitur alto.*

„ Quæ contorta eſſe nec expediri poſſe
„ omnes vident. Ego bis diverſis tempori-
„ bus, trajectione duorum verſuum factâ, lo-
„ cum integritati reſtitui, legendo:

„ *Hinc ſe rurſus aquis Hadriatica marmora*
fundunt,
„ *In boream zephyrumque dehinc deflexa pa-*
rumper.
„ *Alta petunt rauco penitus repentia fluctu.*
„ *Hic ſinus Ionius curvatur litoris acta,*
„ *Ceſpitis & gemini tellus inrumpitur alto.*

„ Hanc trajectionem firmat & probat Dio-
„ nyſius verſu 92 & ſeqq.

„ Κεῖθεν δ' εὐρυνθεῖσα τιταίνεται Ἀδριὰς ἅλμη
„ Πρὸς βορέην, αὖθις δὲ πρὸς ἑσπέριον μυχὸν ἕρπει,

„ Ἣν τε καὶ Ἰονίην περιναιέται ἠυδάξαντο.
„ Δισσὰς δ᾽ ἠπείρους ἀπερεύγεται.

„ Priſcianus verſu 95 & ſeqq.

„ *Illinc incipiens extenditur Adria vastus,*
„ *Ad boream penetrans pelago, ſolemque cadentem:*
„ *Ionius pariter ſinus hic perhibetur ab orbe*
„ *Dividit & geminas diverſis partibus oras,*

„ Strabo Lib. II. pag. 123. ὁ δ᾽ Ἰόνιος κόλπος „ μέρος ἐστὶ τοῦ νῦν Ἀδρίου λεγομένου. Τούτου δὲ τὴν „ μὲν ἐν δεξιᾷ πλευρὰν ἡ Ἰλλυρὶς ποιεῖ, τὴν δὲ εὐώνυ- „ μον ἡ Ἰταλία, μέχρι τοῦ μυχοῦ τοῦ κατὰ τὴν Ἀκυ- „ ληΐαν.

„ Agathemerus Lib. I. Cap. 3. τὸ δὲ στόμα „ τοῦ Ἀδρίου, ὃ καλοῦσι τινὲς Ἰώνιον πέλαγος &c. „ probat etiam Ambroſianus codex, ſero no- „ bis viſus.

„ *Marmora* & *alta* ſunt ſynonyma, quæ „ Poëta more ſuo adhibet Oræ Marit: verſu „ 381.

„ *Late patere pelagus, extendi ſalum*
„ *Himilco tradit.*

„ Verſu 542.

„ *Quiescit æquor, pelagus incluſum ſtupet.*

„ ac 548.

Hæc propter undas atque ſalſa ſunt freta.

„ Sic verba *alta* & *alto*, quæ prius in ſub- „ ſequentibus verſibus recurrebant, longius „ ſeparantur. Dicet aliquis fortasſe a ſimili- „ bus repetitionibus non abhorruisſe Poëtam, „ Deſcrip. Orbis: vs. 184, 945, 1119, & „ 1245. Sed idem fateri cogetur eas non „ valde gratas esſe.

„ Bentlejus quidem tantopere iis offen- „ ſus est, ut centum & plura Lucani loca „ hoc uno nomine ſuſpecta corrigere cona- „ retur.

Mutatâ interpunctione (quod jam ante me ob-

ſervavit F. OUDENDORPIUS,) locus forte ſanitati reſtituendus hoc modo:

Hic ſinus Ionius curvatur: Litoris actam
Alta petunt rauco penitus repentia fluctu,
Ceſpitis & gemini tellus perrumpitur alto.

Senſus apertisſime hic eſt: *maris Ionii fluctus penitus repunt*, id eſt, *intus penetrant usque ad recesſus juxta Aquilejam;* quod cum Strabonis loco ſupra citato omnino convenire quisque videt. Verum ipſe, Lector, judica!

Verſu 146. ad hunc locum ita SCHRADERUS:

Emathiamque ſuper ſulcat genus acre virorum.

„ *Delmatiam*, vel *Dalmatiam*, OUDEN-
„ DORPIUS in Obſ. Miſc. pag. 74. Tom. 5.
„ Verisſime. *Delmatiam* probant nummi

„ & Inſcript: Antiq. DRAKENB. ad LIVII
„ Epit. 62.

„ Erroris cauſa, quod primas verſuum li-
„ teras omittebant. Vid. Obſerv.

„ Omittebant & primas nominum pro-
„ priorum literas, ut verſu 885, *Amarita-*
„ *rum* pro *Camaritarum*; vs. 905, *Apyri*,
„ pro *Tapyri*; vs. 867, *Oretarum* pro *Tore-*
„ *tarum.* Conf. DRAKENBORCHIUS ad LI-
„ VII Tom. II. pag. 369.

Ad quem locum ita pergit Clar. FONTEI-
NIUS: „ *Dalmatiam* ut legamus ſuadent Dio-
„ nyſius & Priscianus. Sed *Dalmatiæ* men-
„ tio haud neceſſaria erat, post commemo-
„ ratas *dextras Illyrici regiones.* Forte ipſe
„ hoc animadvertit Avienus. Forte & ejus
„ ætate, in nonnullis Dionyſii Codicibus,
„ pro Δαλματίη legebatur Ἠμαθίη, quam lec-
„ tionem alteri præferre potuit; praeſertim
„ quum minime abſurda ſit, quia Emathia

„ etiam propior est iſti parti maris Adriatici, „ quâ *ſinus Ionius* cum eo conjungitur, quam „ *Dalmatia*. Sed utro modo legas, procul „ dubio vitioſum est, in Dionyſii loco, istud „ δ', quod mutandum est in ς, ut ſcribendum „ ſit, vel Δαλματίης, vel Ἠμαθίης ἐφύπερθεν, quo- „ niam illud ἐφύπερθεν ejusmodi genitivum ſibi „ postulat. Jam ὑπέρθεν, vel ἐφύπερθεν, nihil „ aliud est quam *ſupra*, verſus boream, ut „ ἔνερθεν *infra*, verſus auſtrum. Dixit itaque, „ *Illyricam terram* eſſe *ſupra Dalmatiam*, „ vel, quod mihi veriſimilius videtur, *ſupra* „ *Emathiam*; quia *Illyricum* ipſam *Dalma-* „ *tiam* complectitur, non autem *Emathiam*. „ Qua de cauſſa Dionyſii verſum ſic emen- „ dandum exiſtimem:

„ Ἠμαθίης ἐφυπέρθεν, ἐνυαλίων πέδον ἀνδρῶν.

„ Neque est, quod putes, pro πέδον tunc etiam „ ſcribendum eſſe πέδου, quaſi ad Ἠμαθίης fo-

„ ret referendum; nam illud πέδον pertinet ad
„ *terram Illyricam*, cujus *milites*, in historia
„ Romana, haud incelebres ſunt, quæque adeo
„ recte dicitur, ἐνυαλίων πέδον ἀνδρῶν. Itaque Dio-
„ nyſius ſcripſit, ni fallor, *Illyricum ſupra*
„ *Emathiam* eſſe: quod ipſum quum adfirmet
„ Avienus, in ejus quoque loco *Emathiam* re-
„ tinendum arbitror.

„ In eodem tamen verſu ineptum iſtud
„ *ſulcat* mutandum videtur in *ſurgit*. Lega-
„ mus igitur:

„ *Emathiamque ſuper ſurgit genus acre vi-
rorum.*"

Verſu 153,

Spirat ab Eoïs pulcher regionibus Eurus:

Ad hunc verſum ita Cl. FONTEINIUS:

„ Languet iſtud *pulcher*. An *acer*? Certe Eu-

„ rus, quum ab Ovid. Heroïd. XI. 9, & Sa-
„ bin. Epiſt. II. 93, *ſævus* & *truculentus* dica-
„ tur, quidni & *acer* ab Avieno appellatus ſit?
„ *Furit Eurus* dixit Manilius, ex emendatio-
„ ne Bentleji, Lib. IV. vs. 592:

„ *Aſper ab axe ruit Boreas, furit Eurus*
ab ortu."

Verſu 158 Cl. SCHRADERUS:

Donec arenoſas attollant æquora Syrtes,
Inſidumque rati tenuent mare.

„ An *mare tollit Syrtes?* An?

„ *Arenoſæ ſe tollant æquore Syrtes?*

„ *ſe tollit*, ut verſu 620:

„ *Inſula ſe propter Gymneſia tollit ab alto*,

„ & verſu 683:

„ *Inde Chelidoniæ treis ſeſe gurgite tollunt.*

„ Sic vitatur incommodum, quo premitur
„ vulgata:

„ *æquora tenuent mare*,

„ Si nimia videatur mutatio, forte legendum:

„ *æquore Syrtes.*

„ Sic *vada ponti attollant æquore Syrtes*,

„ *&* *tenuent mare.*

Ad verſum 163,

vix Syrtes inter oberrans,
Parcior &c.

hæc Cl. FONTEINIUS:

„ Pro *Parcior* melius legeretur *Tardior*, „ quando post *oberrans* diſtinctionis nota foret „ tollenda, & post *Tardior* collocanda. For- „ te etiam pro *oberrans* ſcribendum *obhærens*, „ &, pro *vix*, *mox*: ſed tunc locus erit diſtin- „ guendus hoc modo:

„ *mox*, *Syrtes inter obhærens*,
„ *Tardior*," ——

Hæc ſunt, Lector, quæ præfari libuit. Vale, et conatibus meis favere perge!

Scribebam Amſtelodami,
ipſis Kal. Januariis
MDCCLXXXVI.

RUFI FESTI AVIENI

DESCRIPTIO

ORBIS TERRÆ.

Qua protenta jacent vastæ divortia terræ,
Et qua præcipiti volvuntur prona meatu
Flumina, per terras qua priscis inclyta muris
Oppida nituntur, genus hoc procul omne animantum
Qua colit, Aonii peraget ſtilus impiger oris.
Ardua res, Muſæ. Deus, en Deus intrat Apollo
Pectora, fatidicæ quatiens penetralia Cirrhæ.
Pierides toto celeres Helicone venite!
Concinat & Phoebo veſter chorus, oceanumque,
Carminis auſpicium primum memorate Camoenæ.

vs. 4. Forſan *hinc*. V. v. 79.
vs. 5. Al: *peragret*.
vs. 6. *Intret*, malunt alii.
vs. 7. Forſan *noto*. SCHRADERUS.
vs. 10. Forte *primi*. Idem.

Oceani nam terra ſalo præcingitur omnis,
Parva ut cæruleo caput effert inſula Ponto:
Nec tamen extremo teres est ſinus undique in orbem,
Qua colitur populis, qua tellus paret aratro:
Sed matutino, qua coelum ſole rubeſcit,
Latior, acciſi curvantur ceſpitis arva,
Cætera protentus, tria ſunt confinia terræ
Unius: est primum Libyæ, Europæque, Aſiaeque.
Aequore ab Heſperio, qua ſe ſalis inſinuat vis,
Terrarumque cavis inlabitur arduus Atlas;
Qua juga celſa tument, Libyæ ſeſe explicat ora:
Finis huic Gades, ſeptenaque gurgite vasto
Ora procul Nili. Phariorum hic gleba recumbit
Et Peluſiaci celebrantur templa Canopi.
Europæque dehinc lævum est latus: & procul ambas
Una Aſia inclinans geminis ſe cornibus urget
Deſuper, ac rupti divortia continet orbis.
Europam atque Aſiam Tanaïs disterminat amnis.
Hic ſe Sarmaticis evolvens finibus, arte
Sciſſus Araxeo prius æquore, jam ſuus, undâ

vs. 13. Al: *Extremus.*
vs. 16. *Arctior* legit VLITIUS.
vs. 20. Vide. vs. 395.
vs. 21. Legendum.
Qua juga celſa tumens Libyæ &c.
SCHRADERUS.

vs. 30. Ariſtoteles ait Tanaim profluere ex Araxe. Quod verum eſſe (inquit Voſſius ad Melam p. 244.) non poteſt, niſi per Araxem flumen Rha ſive Volgam intelligamus. Quo poſito capienda ſunt verba Ariſto-

Effluit in Scythiam: procul hinc Mœotida Tethyn
Intrat, & inſerto freta pellit vaſta fluento,
Iſmaricique riget ſemper flabris Aquilonis.
Atqua piſcoſi gurges ſtrepit Helleſponti,
Vis obliqua ſali tepidum procumbit in auſtrum,
Terrarumque trium modus est mare, donec in altis
Ora procul Nili late Thetis efflua ſerpat.
Altera pars orbem telluris limite findit.
Ceſpes terga jacens Aſiæ ſuccedit in oras,
Immenſusque modi protenditur. Hinc latus arctans
Caſpia contingit freta deſuper, atque tumenti
Proximus Euxino est. Aſiam conterminus iſte
Europamque ſecat. Tellus ſeſe altera in Auſtrum
Porrigit, inſertoque ſinus interjacet agro.
Nam ſinus hinc Arabum, ſinus hinc Ægyptius unda

telis de foſſa illa, quæ hodie quoque comparet, illic, ubi Volga Tanaï proximus est, quæque utrumque hoc flumen committit.

vs. 29. forte

——— ——— ——— *Arctic*

Sciſſus Arax, eo, prius, æquore, jam ſuus, udam

Effluit in Scythiam.

Ex Ovidio legit. SCHRADERUS.

vs. 36. Vide vs. 100.

ibid. lege *alti.*

vs. 38. Idest, *alii.*

vs. 39. Rectius *jaciens*, ut vs. 228. *Arietis.*

nam vs. 496. *Campanus ager glebam jacit*, quæ æquali ſunt planitie terga vocantur. Vid. BARTHII adverſaria pag. 56.

vs. 40. Vulg: *hic.*

vs. 42. *Aſiam conterminus iſte.* forte *Iſtro.* SCHRADERUS.

vs. 44. Forte, *Interjacit agris.* IDEM.

vs. 45. Ægyptius, forte *Lageius.*

Æſtuat, & Libycis Aſiam diſcernit ab oris.
Sic diverſa fuit ſententia, rite quis orbi
Limes haberetur. Totum hoc circumlatrat æstus,
Et maris infesti moles ligat. Una furenti
Natura est pelago, pelagi ſed nomina mille,
Æquor ut innumeris terrarum admoverit oris,
Qua ſe blanda ſatis intendunt flabra Favoni,
Heſperium Oceano mare terras intrat ab alto.
Axe Lycaoniæ rurſum facis, atque ubi dura
Belligeratores nutrit tellus Arimaſpas,
Nomine Saturni late jacet æquoris unda.
Hic denſata ſali ſtant marmora, pigraque ponti
Se natura tenet, numquam ruit effluus humor.
Mortuus hic Grajo perhibetur gurges in uſu.
Denique quam lento ſtupeat plaga ſalſa profundo,
Vel quam ſole carens pars orbis tætra rigescat,
Vix hebes has oras ardor Titanius adflat,
Vix evecta dies illuminat, omneque late

vs. 46. *Rite quis orbi* forte *quis triquetri orbi* &

IDEM.

vs. 49. *Et maris infesti moles* &c. lege *infeſſi* ob Dionyſii ἀκαμάτου Ὠκεανοῖο.

EDITOR.

vs. 51. *Terrarum admoverit oris.* leg. *Se Terrarum admovet oris* vel *advolvitur.*

SCHRADERUS.

vs. 55. *Arimaſpas*, forte *Arimaſpos.*

IDEM.

Pingue tenebroſa cœlum ſubtexitur æthra.
At qua prima dies rutilo ſuſtollitur ortu,
Aureus & tremulas late rubor inficit undas.
Eoum pelagus, freta dicunt Indica, ponti
Propter Erythræi tenduntur dorſa profundi,
Æthiopumque ſalum. Diffunditur hic notus; æthram
Urit, & hic æſtu radiorum Phœbus anhelo
Arva coquit: ſterilis regio est, & inhoſpita late
Aret humus, casſæque ſolo torrentur arenæ.
Oceanus ſic cuncta vago complectitur æstu,
Undique ſic unus terras interminus ambit,
Innumeroſque ſinus cavat inlabentibus undis:
Deſuper e multis celebri ſub nomine tantum
Quatuor infuſo late ſale terga dehiſcunt.
Primus in orbe ſinus vasti maris æquora cingit.
Gurgitis Heſperii procul hic protentus in oras,
Faucibus a Libycis æſtum trahit, atque ubi lætam
Ceſpite ſub pingui pandit Pamphylia glebam,
Deſicit, & curva ſinuatur littoris ora.

vs. 65. *Prius* in ed. Par. & Madrit.

vs. 72. *Casſæque ſolo torrentur arenæ* leg. *ſoli.* SCHRADERUS.

vs. 76. Ita Barthius. antea. *deſuper & multis:* lege: *Ut multis celebri ſic* &c. SCHRADERUS.

vs. 79. Forſan *hinc* pro *hic.*

Alter item eſt primo brevior, majorque duobus.
Hic prolapſus aquas boreali ſuſus ab alto
Terga procelloſo turgeſcit Caſpia fluctu.
Hyrcanum hoc pelagus pars nominat. hinc duo rurſum
Ora patent ponti: geminus ſinus æquoris intrat.
Tellureinque cavat, qua ſe Notus axe tepenti
Erigit. Horum unus vada longe Perſica fundit,
Caſpia converſus procul in freta, porrigiturque.
Quartus Arabs tumet hic rabido per aperta fluento,
Euxinumque ſalum videt eminus, en tibi rurſum
Æquoris Heſperii tractus loquar, iſtius unda
Lambit terga ſoli, qua ſe vagus explicat orbis.
Nam vel cœruleo loca circumplectitur æſtu,
Vel celſo dimiſſa jugo confinia radit,
Mœnia vel fuſi perſtringit gurgite ponti.
In Zephyrum tellus extenditur, oraque terræ
Ultima proceras ſubducit in aſtra columnas.
Hic modus eſt orbis; Gadir locus hic, tumet Atlas
Arduus, hic duro torquetur cardine cœlum,
Hic circumfuſis veſtitur nubibus axis.

vs. 84. In Edit; Madrit: *ſulſus.* malim,

Hinc prolapſus aquæ.

ibid;

Boreali ſuſus ab alto.

forte *Boreali ſuſus ab arcto.*

SCHRADERUS.

vs. 91. forte.

Quartus Arabs; tumet hic rapido per aperta fluento.

SCHRADERUS.

vs. 102. forte:

Veſtitur nubibus arces.

IDEM.

Et primum ruptas ſe pontus Ibericus illinc
Inſerit in terras. Caput autem principiumque
Europæ & Libyæ est. Mediis infunditur oris,
Increpitque ſalum. Scopuli ſtant ardui utrinque:
Unus in Europam, Libyam procul aſpicit alter.
Sic deſerta freto procera cacumina celſis
Emicuere jugis, ſic intrant ſaxa profundum,
Sic ſubeunt nubes, ſic cœlum vertice fulcit.
Maura Abyla & dorſo conſurgit Iberica Calpe.
Gallicus hinc æſtus provolvitur. Hic ſuper urbem
Maſſiliam gens Graja colit, Ligurumque tumeſcit
Æquor, & indomito tellus jacet Itala regno
Auſonis hæc regio est; pubi genus ab Jove ſummo;
Qua ſe flabra trucis Boreæ per inhoſpita terræ
Eructant cœlo, populis caput Ænea clarum
Alba, dehinc cautes est terminus, hæc freta propter

vs. 108. *Discreta.* VOSSIUS.
Ibidem. forte.
Hic discreta &
vs. ſeq.
Hic intrant &
Hic ſubeunt.
vs. ſeq.
Hic coelum.
SCHRADERUS.

vs. 117. *Albam longam* intelligit, quam Aeneam dicit, quod ab Aſcanio Æneæ filio condita fuerit.
ibidem. forte *Aeneadarum.*
ut Priscianus vs. 337.
Tellus jacet Auſonidarum,
& vs. 475.
Dehinc rupes Aeolidarum,
& vs. 670.
Post fines Tyndaridarum
& Auſonius p. 335. *Italidarum.*
SCHRADERUS.

vs. 118. Illa est *Leucopetra.*
forte
Caulon.
IDEM.

Trinacriæ ſummo conſurgit littoris ora.
Evolvuntur item vada fuſi cœrula ponti;
Inſula, qua Cyrnus fluctu madet alludente,
Littoris oſtriferi protendens latius undam,
Sardiniamque dehinc moles circumflua cingit
Æquoris, & cano ſpumant freta concita fluctu.
Hinc Tyrrhena ſali ſunt agmina, qua notus axem
Humidus inclinat, qua lux ſe rurſus Eoa
Emergit pelago, Siculi maris æſtuat unda,
Obliquumque quatit gurges protentior altum
Usque in ſaxoſi Pachyni juga, plurimus inde
In Cretam trahitur ponti tumor: hincque proculſe
Inclinat rupes ſeſe, obvia fluctibus altis.
Ingreditur pelagus Gortynia mœnia juxta,
Ac procumbentis ſola propter pinguia Phæſti
Prona maris cautes extenditur, ut ferus ora

vs. 130.
In Cretam erigitur. Voſſianus Cod.
EDITOR.

ibid. *procul*, id est: *vertice excelſo remotoque ab imis locis.*

vs. 131.
Lege
Inclinat rupes atque obvia &c.
SCHRADERUS.

vs. 132. Vulgo *Cortynia.*

vs. 133 Pro [illegible]
Ac procumbentis.
leg:
Atque procumbentis.
SCHRADERUS.

ibid. Antea *Sexti.*

vs. 134.
Prona maris.
forte:
Prona mari.
SCHRADERUS.

Est aries, ultroque minans petit obvia fronte,
Denique ſic olli nomen prior indidit ætas:
Nec minus Italiam cornu proſpectat acuti
Littoris, & rapidi perflatur Japygis ortu.
Hic ſe rurſus aquis Adriatica marmora fundunt,
In Boream Zephyrumque dehinc deflexa parumper.
Hinc ſinus Ionius curvatur littoris acta,
Alta petunt rauco penitus repentia fluctu,
Ceſpitis & gemini tellus inrumpitur alto,
Nam qua cœruleis pontus ſeſe inſerit undis,
Illyris in dextris pandit regionibus agros,
Æmathiamque ſuper ſulcat genus acre virorum.
Auſonidum læva est. Hinc longo ceſpite tellus
Funditur, & varia populorum pube domantur
Arva ſoli, trina hæc pelagi circumtonat unda.
Nam qua ſe Zephyri ſuſtollunt flabra, profundum
Tyrrheni est pelagi: qua ſe notus erigit æthræ
Sicanum late fluitat mare: qua procul autem
Spirat ab eoïs pulcher regionibus Eurus,
Ionii ſunt terga ſali. Sic Itala tellus

vs. 135. pro
Est aries ultroque minans.
leg:
Fert aries ultroque minax.
IDEM.

vs. 141. Vulg. *Hic.* ut mox vs. 147.

vs. 142. forte
Alta petunt penitus glauco irrepentia &c.
SCHRADERUS.

vs. 152. forte
Sicanum late fluit at mare;
IDEM.

Ut circumfuſis latus amplum labitur undis.
Efflua poſt Siculi moles evolvitur alti,
Inque notum late vada ponti cœrula ſerpunt,
Donec arenoſas attollant æquora Syrtes,
Inſidumque rati tenuent mare. Languida quippe
Æquore jam feſſo ſeſe trahit unda per ambas.
Montibus ab Siculis capit autem prona meatum
Cretæïſque jugis, vix ſyrtes inter oberrans,
Parcior & tenui prætexens ima fluento.
Rurſus ab Idæa Salmonide porrigit æquor
Se geminum: nautæ Pharium dixere profundam
Quod procul hinc Caſiæ vergit confinia cautis.
Sidoniique dehinc late ſalis æſtuat unda,
Isſicus in modico donec ſinus ore pateſcit,
Æquoris & noſtri ſit terminus: arva ubi late
Pinguia proceris Cilicum verſantur aratris.
Curva ſalo forma eſt: hinc ſeſe marmora ponti
In Zephyrum torquent, ac flexu lubricus errat
Gurges & exeſas inlabitur unda lacunas.

vs. 155. forte.
Latus omne adlambitur undis.
IDEM.

vs. 161. lege.
Montibus a Siculis.
IDEM.

vs. 165. Antea *Farium.*

vs. 166. Lege:
Quod procul in Caſiæ &c.
SCHRADERUS.

vs. 168. lege:
Isſicus immodico &c.
IDEM.

Sic viroſarum prolixa volumina ſeſe
Sponte Ceraſtarum facili ſub viſcere curvant,
Sic ſpiras crebro ſinuat draco, ſeque vel orbe
Colligit inclinans, vel pronis agmina longe
Tractibus abſolvit: ſtridet nemus undique totum,
Peſtifero adflatu ſerpens vagus inquinat æthram.
Haut ſecus inlapſo penetrantur littora fluctu,
Et rurſum tellus init æquora: jugis ubique
Mugitus pelago eſt, gemitu loca cuncta reſultant,
Imminet hic late Pamphylia, ſubluit illic
Unde Chelidonias inliſum murmurat æquor
Sæpius & crebra ſpumeſcunt æquora rupe.
Terminus hic cautes Patareïdis eminet arcis,
Ac rurſum in Zephyrum vada ſemet cœrula curvant,
Hic ſalis Ægæi tractus tonat, inque Boötis
Plauſtra dehinc rapidi flectuntur marmora Nerei,
Saxoſis Sporadum ſæpe obluctantia ripis.
Non aliud tanta conſurgit mole profundum:
Non ſic curva Thetis fluctu tumet, extimus olli

vs. 181. Forte:
Jugis utrique.
SCHRADERUS.

vs. 182. Forte.
Loca juncta reſultant,
IDEM.

vs. 184. Lege *Unda chelidonias, inliſum &c.*

vel
Subluit illic,
Unde Chelidonils inliſum, &c.
Lege *Unda.*
Et ſic Salmaſius in Solinum pag. 779.

In Tenedum curſus, pelagi caput incipit Imbri.
Ceſpitis hinc proni protendens dorſa Propontis,
Flatibus ex Boreæ tepidum procumbit in auſtrum,
Immenſæque Aſiæ populos alit ubere terræ.
Hinc artas inter fauces atque obvia ſaxa,
Thracius angustas diſcludit Boſporus oras:
Boſporus Inachiæ ſubvector virginis olim.
Nam vicina ſibi ſtant littora, terraque parci
Faucibus oris hiat, prona ſinus evomit unda:
Proxima non alibi tantum divortia cernas
Ceſpitis, hac pecoris dorſo ſternacis in æquor
Inachis illata est, ſic pectus canduit ira
Pellicis & tanto Divam dolor extulit igni.
Illic inſtabili, fama est, ſale ſaxa moveri,
Inferrique ſibi flabris urgentibus oras,
Hic rigidas errare ferunt per marmora cautes,
Et nunc ora ſoli vastas prætendere rupes,
Nunc aperire ſinum, gemit amplo murmura pontus,

vs. 193. Forte.
Intimus Imbri.
SCHRADERUS.
vs. 196. Malim *terra.*
vs. 197. Forte.
Obliſæque ſaxa.
SCHRADERUS.
vs. 201. Forſan.
Pronam ſinus evomit undam.
vs. 202. Legendum:
Tanti divortia cernas.
Ceſpitis.
SCHRADERUS.
vs. 203. Alii, *Hoc*, ut etiam SCHRAD.
vs. 209. An *Sali?*

Seu quod colliſas Thetis indignata per arces
Sæviat objectis, ſeu quod brevis exitus undas
Exſerat, & ſtrictis eructet faucibus æquor.
Interius lato pontus ſe gurgite fundit,
Undarumque procul latus explicat, aurea Phœbi
Qua rota purpureo repetit convexa ſub ortu.
Sic obliqua maris panduntur denique dorſa,
Ut matutinis inclinet æquor habenis,
Longior aut boreæ concedat gurges in axe.
Pontus enim noſtræ ſinus eſt ampliſſimus undæ.
Hic Aſiæ ab læva præcingitur. Europamque
Excipit, adverſusque dehinc ſe Thracius artat
Boſporus, & tenui vix panditur oris hiatu.
At qua diducto pontus diſtenditur æſtu,
Et porrecta mari terræ juga longius intrant
In pelagus, tractuque vago ſua littora linquunt,
Ceſpite Paphiaco prodit ſaxoſa Carambis.
Altera ſe cautes ſimilis procul arietis ori,
Dura pruinoſo qua torpet Taurica cœlo,
Exſerit, & tenta late premit æquora fronte.

vs. 213. Forte. *Egerat.* SCHRADERUS.

vs. 218. Legendum. *Inclinet in æquor.* IDEM.

vs. 219. Malim *Axem.* ſic etiam emendavit. SCHRADERUS.

vs. 221. Forſan. *Hinc Aſia ab læva præcingitur.*

vs. 229. Forte: *Cruda pruinoſo* &c. IDEM.

Eminus iſta Notum videt, arctos eminus illa.
Porro inter fluctus ac fuſi marmora Ponti
Proxima celſorum ſic ſunt ſibi dorſa locorum:
Quamvis vaſta ſali moles interfluit arces,
Ut gemini ſit forma maris. Sed brachia pontus
Finibus arctoïs Eoæ lucis in ortum,
Et qua prona dies atris involvitur umbris,
Molliter inclinans, Scythici ſpeciem facit arcus;
At tepidi de parte noti directitur ora,
Continuumque jacens rigidi ſub imagine nervi
Tenditur. Excedit confinia ſola Carambis
In Boream vergens. Boreali rurſus in Arcto
Ore ſinus patulo Mæotidis arta paludis
Æquora prorumpunt: Scytha late barbarus oras
Incolit, & matrem ponti cognominat undam.
Sola parens ponto, genitrix hæc ſola fluento eſt,
Hoc ſe fonte trahunt vaga glauci marmora ponti,
Cimmerio prolapſa ſinu. Nam Boſporus illic
Cimmerius fauces aperit: circumque ſuperque
Cimmerii gens dura colunt. Hic ardua Taurus

VS. 233. ſorte: *Dorſa jugorum.* IDEM.

VS. 239. Forſan, *directum ſit, aut directum iter.* Lege *derectitur.* SCHRADERUS.

VS. 243. Forſan *atra.*

VS. 249. Lege: *Cimmerias fauces* &c. SCHRADERUS.

In juga conſurgit, cœlumque cacumine fulcit,
Verticis & celſis late caput inſerit astris.
Huic, mirante ſalo, quondam ſeſe intulit Argo,
Thesſala, & innantem ſtupuerunt æquora cymbam:
Sic vasti moles pelagi interfunditur oras:
Sic ſe forma maris toto procul explicat orbe.
  Nunc tibi tellurem verſu loquar. Incute docto
Phœbe, chelyn plectro. Muſis intermina vita
Permanet, & memori laus ſemper pullulat ævo.
  Indefesſa tuæ ſint mentis acumina, Lector,
Sudorisque mei patulo bibe carmina rictu.
Dulcis in his hauſtus, meritum grave, gratia præpes.
  Ergo ſolum terræque Libyſtidis ora per Auſtrum
Tenditur, Eoæ procul in confinia lucis.
Gades principium est. Caput hujus ceſpitis autem
Artius angusto conducit littora tractu,
Oceanique ſalum cuneo ſubit istius oræ.
Terminus immenſis Arabum concluditur undis.
At latus hoc terra diffuſius explicat agros,
Arvaque tenta patent. Hæc pingui ceſpite tellus
Æthiopum est nutrix, qui nigras propter Erembas

vs. 253. Antea *agro*. Forte.
Huc, mirante ſalo, &c.

vs. 259. Legendum:
Muſis intermina vitæ.

SCHRADERUS.

vs. 267. Sic distingui potest;
Subit. istius oræ Terminus &c.

vs. 271. Malim: *nigros propter Erembos.*

Extremi Libyæ curvo ſola vomere ſulcant.
Et rurſum Æthiopes ſoli ſubjecta cadenti
Arva tenent, ſic ſciſſa virum gens ultima terræ
Incolit: Hos adflant rutilæ incunabula lucis.
Hic jam præcipitis terrentur ſolis habenis.
Propter proceras Zephyri regione columnas
Mauri habitant; his fluxa fides & inhoſpita ſemper
Corda rigent; trahitur duris vaga vita rapinis.
Proxima ſe late Numidarum paſcua tendunt,
Masſaliique ſuper populi per aperta locorum
Palantes agitant. Certi laris inſcia gens eſt:
Nunc in dumoſas erepunt denique rupes,
Nunc quatiunt campos, nunc ſilvas inter oberrant
Conjugibus natisque ſimul: cibus aſpera glando
Omnibus; haud ullis ſulcatur ceſpes aratro;
Non his mugitus pecudum ſtrepit, inclyta poſt hos
Mœnia conſurgunt Tyriæ Carthaginis: illa,
Urbs Phœniſſa prius, Libyci nunc ruris alumna,
Paci blanda quies, & bello prompta cruento,
Aſt hinc in Syrtim præceps ruit unda minorem,

vs. 276. Forſan;
Hi jam præcipitis &c.
& mox. *torrentur.*
vs. 283. Forte
...*Dumoſæ perrepunt devia rupis* vel *ſurrepunt.*
SCHRADERUS.
vs. 286. Lege
Haud ulli. IDEM.
vs. 289. *Juris* in edit: Madrit.

Ulteriusque dehinc qua lux ſe reddit Olympo,
Major vaſta ſibi late trahit æquora Syrtis,
Inſidumque rati pelagus furit, ardua quippe
Undarum moles Tyrrheno cogitur æstu,
Curvatumque ſalum quatit amplo littora fluctu.
Ecce alia lento prorepit gurgite Nereus,
Undaque vix tenuis ſiccas prætexit arenas.
Immemor ergo modi ſemper natura duabus
Syrtibus & claſſem ſors crebro cæca fatigat.
Ambarum medio procera Neapolis arcem
Subrigit, hanc rurſum, gens late priſca virorum,
Lotophagi includunt, duroſque Naſamonas inde
Accipe, queis quondam populorum examina multa
Verſavere ſolum, multos ſonuere per agros
Balatu pecudes: nunc lati jugera campi
Et grege nuda jacent, & ſunt cultoribus orba;
Auſonis hæc duro vaſtavit dextera bello:
Auſonis invicti gens roboris, una per orbem

vs. 297. Legendum:
Ecce ſali &c.
SCHRADERUS.

vs. 300. Lege
Claſſem crebram ſors cæca &c.
IDEM.

vs. 302. Forte:
Hanc Graſum gens late &c.
IDEM.

vs. 303. Forte:
Duros Naſamonas at inde
SCHRADERUS.

vs. 307. Forte:
Et grege nuda jacent,
IDEM.

Arma tulit: pubem Latiam ferus horruit Ister,
Romanas aquilas Rhodanus tremit, Italidum vi
Moesta paludivagos Germania flevit alumnos,
Illi cæruleas attingunt æquoris undas:
At qua navigero tellus discedit ab æstu,
Innumeræ gentes, populorum examina mille
Arva tenent. Hic fata canit venerabilis Hammon,
Mugit arenoſis nemus illic denique lucis.
Adſtat Cyrene propter vetus, erigiturque
Urbs procera arces, & Apolline dives alumno:
Marmaridæ juxta, procul hic tamen ultima regni
Ægypto inclinant, tergo Gætulia glebam.
Porrigit, & patulis Nigretæ finibus errant.
Protinus hinc Garamas late confinia tendit,
Trux Garamas, pedibus pernix, & arundinis uſu
Nobilis, at quantum terrarum interna recedunt,
Ut procul Oceano tellus vicina madeſcat,
Æthiopum populos alit ampli ceſpitis ora,
Terminus Æthiopum populos alit ultima Cerne,
Post Blemyes medii ſuccedunt ſolis habenas,

vs. 311. Forte,
Italidarum.
SCHRADERUS.

vs. 317. Forte:
Illic undique lucis.
IDEM.

vs. 320. Forſan:
Procul hinc.

vs. 325. Antea, *mobilis.*

vs. 328. Tam hic quam proximo verſu, *adit* in Vulgatis.

Corpora proceri, nigri cute, viſcera ſicci,
Et circumvincti nervis exſtantibus artus.
Hi celeri molles currunt pede ſemper harenas,
Eminus evolvunt hinc ſeſe pinguia Nili
Flumina & intenti prolabitur æquoris unda.
Hic qua ſecretis incidit flexibus agros,
Æthiopum in lingua ſiris ruit; utque Syene
Cœrulus accedens diti loca flumine adulat,
Nomine ſe claro Nilum trahit, inque jacentem
Ægyptum fuſus fluctu premit arva marito,
Fœcundatque ſolum. procul illic agmina cogit
In Boream, ſciſſuſque vagis anfractibus æquor
Proſerit & ponto ſeptem ſerus explicat ora,
Non olli compar quiſquam fluit, inclyta quamquam
Undique ſe totis eructent flumina terris.
Nilus & immenſos ulvam diſpergit in agros,
Et fovet invecto ſata gurgite: Nilus honorem
Telluri reparat: Nilus freta maxima pellit.
Hic Aſiam ab Libya diſterminat, axe Favoni
Secernens Libyam, redeuntis ſolis ab ortu
Disjungens Aſiæ medio confinia fluctu.

vs. 332. Antea in editis, *celeres molles*, BARTHIUS legit *celeri emolles*.
vs. 337. Forſan *cluit*.
vs. 346. Antea erat *ulnam*.

Forte: *Et immerſos* pro *immenſos*. SCHRADERUS.

Nec procul illa virum gens incolit, actibus olim
Quæ prior humanas leges & jura notavit,
Vomere quæ duro, quæ longi pondere aratri
Sollicitavit humum, quæ rectis cædere ſulcis
Tellurem docuit, quæ cedens partibus æthram
Prodidit obliquo ſolem decurrere cœlo.
Istius ergo tibi ſormam regionis & oræ
Expediam verſu. Blandus prætenditur aër,
Prodigus herbarum ceſpes jacet, aſpera nusquam
Culmina conſurgunt, portus cavat ora frequentes,
Quicquid terra dehinc redeuntis ſufficit anni
Tempore, præ cunctis ſtupeas ſpeciesque modosque.
Trina loco frons est, ſed latior axe Boötis,
Luce ſub Eöa conſtrictior, usque Syenen
Tenditur, unde pii volvuntur flumina Nili.
Hic urbs est Thebæ, Thebæ quæ mœnibus altis,
Præcinxere larem: Memnon ubi Tithonæus
Suſpectat roſeas Auroræ matris habenas,
Parsque coëam diſcedit ab æquore, ſeptem
Oppida ſustentat: noti pars vergit in oram,

vs. 355. Heinſius legit:
Fœtus edere ſulcis.
vs. 356. Forſan *Scindens* vel *cædens*.
vs. 370. In editione Madrit.
Pars quæ coëat.
Forſan:
Pars ea, quæ coëat &c.
vel potius:
Pars, quæ cijaneo &c.

Et modus est olli Serbonidis alta paludis:
Altera pulſatur genitabilis ore Favoni.
Hic urbem poſuit Pellææ dextera gentis.
Hic inter celſas late ſurgentia nubes
Templa Sinope Jovis adſtabant nixa columnis,
Divite ſaxorum circum vestita metallo,
Auro ſulta gravi, niveo radiantia dente,
Nec minus hic ſpeculæ vertex ſubducitur, exquo
Cernere ſit longe Pallenidis intima terræ.
At qua ſurgenti terræ pars conſcia Phœbo est,
Aggere murorum Peluſia mœnia ſurgunt.
Gens hic docta ſali tumido freta gurgite currit,
Inque procelloſos lembum convertere fluctus
Ludum habet, & rauca vitam producit in unda.
  Talis forma jacet Libyæ, talique receſſu
Ab Zephyro eoum tellus incumbit in axem.
Istius extenti ſola ceſpitis undique ſulcant.
Gentes innumeræ, quæ ſparſæ littore longo

vs. 372. Legi potest, *unda* vel *alga* ſed infra vs. 392.

Tritonidis alta paludis.

præfero

Serbonidis acta paludis.

EDITOR.

vs. 376. Forſan:

Sinopitæ Jovis adſtant.

Legitur etiam,

Sinopæi Jovis adſtant.

Mavult tamen Heinſius

Sinopæis J. a. nixa columnis.

vs. 381. Alii, *quæ.*

vs. 385. Ita in Edit. Madrit, *vita* edidit Pithœus.

Forſan:

Glaucâ vitam producit &c.

Oceani auſtralis vada late cærula tangunt;
Et quæ multimodi media tellure agitantes
Arva domant, & quæ Tritonidis alta paludis
Ut circumfuſo populorum examine cingunt.
  Nunc tibi & Europæ ſabor latus. hæc, ubi terras
Intrat Atlantæi vis æquoris, accipit ortum.
Unus utramque ſalis fluxus ſecat, & procul unum
Distinet os ambas, eadem inſinuatio ponti
Europam & Libyam rapido disterminat æſtu:
Sed prior illa tamen tepido perfunditur auſtro,
Hæc ſubit inſanos tergum curvata aquilones.
Ambæ Aſiam rurſum ſimili ſub limite tangunt.
Æquus utrinque modus protenditur. ut ſimul ambas
Si conferre ſibi quisquam velit, una parumper
Ut credatur humus, mediique interfiua ponti
Subtrahat extemplo quali nux pinea forma est.
Singula verſanti talis ſuccedat imago
Europæ & Libyæ. ſic nam latus explicat ambas,
Unum & utrinque caput, ſimilis quoque finis utrinque

vs. 393. Vulg. *tingunt.*

vs. 394. Forte. *Hic ubi terras* &c.

vs. 395. Ita legendum cenſuit Pithœus, antea *Intrat Atlanti vis æquoris.*

vs. 396. *Sali* malit idem.

vs. 405. *Subtrahat extemplo, quali* &c. In edit. Madrit. Forſan: *Subtrahat; exemplo, quali* &c. dein post *forma* est comma ponendum.

vs. 407. Melius, *nam ſic.*

vs. 408. Vulg. *Ambas unum & utr.* &c. Forſan, *utrisque.*

Sed tamen Heſperii qua ſpectant æquoris undam,
Ambæ producto coëunt ſibi ceſpite terræ,
Qua matutinus ſol iſtas ignibus adflat,
Latior ambabus ſpecies diſtenditur. Unum
Hoc agili ſub mente teras; velut obvia habebis
Cætera terrarum. Tellus Europa columnis
Proxima magnanimos alit æquo ceſpite Iberos.
Hi ſuper Oceani borealis frigida tangunt.
Æquora, & excurſu diffuſi latius agri
Arva tenent, auris nimium vicina Britannis,
Flavaque cæſariem Germania porrigit ora,
Dumoſa Hercyniæ peragrans confinia ſylvæ
Inde Pyrenæi turgeſcunt dorſa nivalis:
Gallorumque truces populi per inhoſpita terræ
Vitam agitant. tum cæruleum Padus evomit antro
Flumen, & extento patulos premit æquore campos.
Hic prius Eridani propter nemoroſa fluenta
Fleverunt liquidæ lapſum Phaëthonta ſorores,
Mutatæque manus planxerunt pectora ramis.

vs. 410. Forte *prædúcto.*

SCHRADERUS.

vs. 411. Forte:

Qua matutinis ſol inſtans fluctibus.
vel *matutini ſolis yis fluctibus.*

IDEM.

vs. 418. Forſan *arvis*, vel *duris.*

Forte, *duris animum.*

SCHRADERUS.

Nec procul hinc rigidis inſurgunt rupibus alpes,
Naſcentemque diem celſo juga vertice cernunt.
Porro inter cautes & ſaxa ſonantia Rhenus,
Vertice qua nubes nebuloſus fulcit Adula,
Urget aquas, glaucoque rapax rotat agmine molem
Gurgitis Oceani, donec borealis in undas
Effluat, & celeri perrumpat marmora fluctu.
Quin & Danubium produnt ſecreta repente
Barbara, ſed discors tamen est natura fluento.
Abnoba mons Iſtro pater est: cadit Abnobæ hiatu
Flumen: in eoos autem convertitur axes,
Euxinoque ſalo provolvitur: ora per æquor
Quinque vomunt amnem, qua ſe procul inſula Peuce
Exſerit. hinc rigidi qua ſpirant flabra aquilonis,
Sarmata, Germani, Geta, Bastarnæque feroces,
Dacorumque tenent populi, tenet acer Alanus.
Incola Taurisci Scytha littoris; indeque rurſum
Dira Melanchlæni gens circumfuſa vagatur.
Proxima Neurorum regio est, celeresque Geloni,
Præcinctique ſagis ſemper pictis Agathyrſi.
Inde Borysthenii vis ſeſe fluminis effert.
Euxinum in pelagus. tunc æquora Panticapæi

VS. 431. Vulg. ATULLA.

VS. 447. *Satis* minus recte in Edit. Madrit.

Ardeſcique tibi celſo de vertice ſurgunt
Riphæi montis, ubi dura ſæpe ſub arcto
Denſa pruinoſos eructant nubila nimbos.
Hic dites venæ niveam gignunt cryſtallum,
Atque hic indomito tellus Adamante rigeſcit
Inter Riphæos & proceros Agathyrſos.
Hæ gentes Istrum, qua ſe plaga dura Boötis
Porrigit, incumbunt. medii de parte diei
Per dumoſorum reptantes dorſa jugorum
Gerrhæ habitant. Gerrhas attingunt oppida late
Norica. & immodicæ rurſum loca pinguia glebæ
Pannonia exercet. Boream ſubit altior agro
Mœſus, & extento post tergum ceſpite Thracas
Plurimus excedit. tunc ipſi maxima Thraces
Vomere ſolicitant curvo loca. denique longo
Qua porrecta jacet ſpatio piscoſa Propontis,
Et ſe præcipiti fluctu furit. Helleſpontus,
Ægæum dehinc procul in mare, plurima Thraces
Arva tenent. hic mellifluis Pallena ſub antris

vs 450. Antea.
Ardeſcique ibi ceſo de &c.
ibid. In editionibus prioribus
ſurgunt.
Riphæi montes ibi dura &c.
vs. 453. Vulgo. *Niveum.*

vs. 460. Forte, *ſola pinguia.*
SCHRADERUS.
vs. 462 Forte *Mœſia &* &c.
vs. 464. Forte:
Qua ſe præcipiti fluctu ruit &c.
vs. 468. Forte:
Gemmiferis Pallena ſub antris.

Lychnitis rutilæ flammas alit: hic & iaſpis
Fulva micat ſtellis, quantum convexa per æthræ
Ignea perpetuis ardeſcunt ſidera flammis.
Hic rurſum occiduis Europam fabor ab oris.
Hæc tamquam ſpeculis adſurgens plurima trinis,
Spectat Achæmeniæ lucis jubar. unus Iberos
Limes habet, limes tenet alter denique Grajos,
Auſoniæ medius protendit latius arva.
Oceani vicina ſalo qua glauca recumbit,
Oceani Heſperii, tumet illic ardua Calpe:
Hic Hiſpanus ager, tellus ibi dives Iberum:
Tartesſusque ſuper ſuſtollitur: indeque Cempſi
Gens agit, in rupis vestigia Pyrenææ
Protendens populos. medio ſe limite glebæ
Auſonis effundit. mediam ſecat Apenninus
Auſoniam. nam qua boreali vertice ad æthram
Concreſcunt Alpes, ſurgit caput Apennino:
Et qua Sicanii tellus madet æquoris æſtu,

vs. 481. Forte:

Fastigia Pyrenææ.

SCHRADERUS.

vs. 482. Antea.

Protendens, populos medios e lim. &c.

Forte:

Protendens ſcopulos, medio ſe limite gleba.
Auſonis effundit.

IDEM.

vs. 485. Forte:

Concesſere Alpes &c.

EDITOR.

Ut protelatæ molis juga gurgite condit.
Hunc circa multæ ſola ſulcant proxima gentes;
Et tamen has omnes ſolers tibi Muſa loquetur.
Prima vetuſtorum gens eſt ibi Tyrrhenorum:
Inde Pelaſga manus, Cyllenæ finibus olim.
Quæ petit Heſperii freta gurgitis, arva retentat
Itala. tum multa tenduntur parte Lâtini,
Per quos flaventeis Tybris pater explicat undas,
Romanoſque lares lapſu prælambit alumno.
Hic Campanus ager glebam jacit. hic freta quondam
Parthenopen blando labentem in marmora ponti
Suſcepere ſinu. tepidum ſi rurſus in Auſtrum
Convertare oculis, nemoroſi maxima cernes
Culmina Piceni. coma largi palmitis illic
Tenditur, ac fuſo Bacchus tegit arva flagello.
Tunc Lucanorum regio inſurgentibus alte
Cautibus horreſcit, ſcrupus ſola creber iniqua
Aſperat & denſo cæcantur ſtipite ſylvæ,
Brutius hic humos acer colit, inter & arces
Obſidet inſidas, donec Sicana fluenta

vs. 487. Forſan
Terruptæ late &c.
vel
Ut proni eiatæ &c.
vs. 500. Vulgo. *Picani.*

vs. 505. Legunt nonnulli:
Hinc dumoſa ſacer &c.
Forte:
Brutius hic dumos aſper colit &c.

Intendant pelagus, diſploſisque æquora terris
Inſtabile inclinent ſemper mare, qua vel cöis
Hadrias unda vadis largam procul exſpuit algam.
Vel qua Tyrrheni præceps involvitur æſtus.
Ab Zephyro hinc rupes dorſum tumet, inque Boötis
Plauſtra patens albo conſurgit vertice ſaxum,
Huc ſe priſca Locri gens intulit & ſale longo
Eminus invecti, qua pontum gurgite rumpit
Flumen Alex, Graiæ rexerunt lintea cymbæ.
Hinc Metapontini diſcurrunt latius arva:
Inde Croton priſcis attollit mœnia muris:
Æſarus hic amnis ſalſa convertitur unda,
Et Junone calent hic aræ præſule ſemper.
Nec minor exciti poſt flumina dira Tonantis
Infortunatæ Sybaris vicina ruina eſt.
Samnitæque truces habitant confinia. poſt hos
Gens Marſum quondam tenuit loca. tumque Tarentum
Surgit, Amyclæi ſoboles prædura Tyranni.
Hinc jacet in patulos projecta Calabria campos.
Et ſuper arenti tenduntur Japyges agro.

vs. 515. Antea, *texerunt.*
Forte, *flexerunt.*

vs. 520. An *fulmina?* vide Euſtathium ad verſum 575. *Fulmina*, legit etiam.

SCHRADERUS.

vs. 521. Vulgo. *Ruinæ.*

vs. 524. Forte:
Surgit, Amyclæi ſoboles præclara Tyranni.

SCHRADERUS.

Huc ſe præcipiti cogit ferus Hadria ponto.
Hic Aquileja decens celſis caput inſerit aſtris:
Tergeſtumque dehinc curvi ſalis incubat oram,
Extimus Ionii qua ſe ſinus æquoris abdit.
Tot populi Anſoniam circumdant mænibus altis,
Italiam cingunt tot diti ceſpite gentes.
In jubar Eoum rurſum ſe pervia flectunt
Æquora & Asſyrium ſuſpectant eminus axem
Ionii freta glauca ſali, primosque Liburnos
Præſtringunt; pelago gens Hylli plurima rurſum
Accolit: hic tenui tellus diſcluditur æſtu.
Illyris ora dehinc diſtenditur: hicque periclis
Sæpe carinarum famoſa Ceraunia ſurgunt.
Tunc prorepentis qua ſunt vada cœrula Nereï,
Hermionæ & Cadmi ſuſtentat gleba ſepulchrum
Barbara. nam longo jactati ſæpius orbe
Postquam liquerunt Iſmeni fluminis undam,
His in cœruleos mutati membra dracones
Abſolvere diem, finemque dedere labori.
Nec minus hic aliud monſtri genus arbiter æthræ
Edidit. adſiſtunt ſcopuli duo, cumque quid atri

vs. 533. Ita ex conjectura; quum antea esſet. *In yuiar* * *eoum rurſum ſe caper via flectunt.*
vs. 541. Vulgo. *Harmoniæ.*

vs. 541. Cum in editis esſet *cæruleos* & dein *draconis*, aut *cærulei* legendum aut *dracones.*

Imminet eventus, ut vulgi corda ſatiget.
Sors rerum & gentem terat inclementia ſati,
Et motantur humo, & coëunt ſibi vertice ſaxa.
Sed qua mitis item ſpirat Notus, Oriciumque
Pulſant flabra ſolum, Grajæ confinia terræ
Incipiunt aperire latus, prolixaque longis
Jugera producunt ſpatiis, præcincta duobus
Æquoris infuſi procurſibus. hanc freta quippe
Ægæi lambunt pelagi, citus Hadria rurſum
Subluit hanc fluctu. gemino ſic gurgite late
Graja manet tellus, ſortitaque marmora ventos
Quæque ſuos, imo turgescunt mota profundo.
Eurus in Ægæum contorquet flabra: latentis
Parte poli zephyris Hadriatica terga tumescunt.
Inſula ſe rurſum Pelopis viſentibus offert,
Inſula quæ platani folio compar ſedet. Isthmi
Quippe caput ſummum conducitur, arctaque vergit
In boream tellus, & Grajos adjacet agros.
Cætera ſub folii ſpecie distenditur arva,
Ac per utrumque latus ſinuoſo ſæpe recedit
Ceſpite. ſed tepido qua tellus tenditur auſtro,
Grajorum Triphylis ſterili ſe porrigit ora.

vs. 557. Forſitan, *læta.*
ibidem. Forte:
Subruit hanc fluctu &c.

vs. 549. Forte:
Mentem terat &c.
vs. 569. Vulgo. *Tripolis.*

Hinc ſacer Alphéus flumen trahit, & vagus æquor
Influit Eurotas. Piſanos alter adulat,
Alter Amyclæas celeri ſecat agmine terras.
Inſula qua curvas inclinat concava valles,
Arcades immenſum propter degunt Erymanthum.
Hic diſtentus aquas ſata lambit pinguia Ladon.
Juxta Argivus ager, juxta ſunt culta Laconum.
Illos prima dies, celer iſtos aſpicit auſter.
Iſthmi terga dehinc geminus circumlatrat æſtus,
Parte Ephyres piceas qua nox agit atra tenebras,
Et matutinus qua lucem proferit ortus.
Hic uſu Grajo nomen tenet unda Saronis.
Atticus hanc ultra limes jacet, Attica tellus
Belligeratorum genitrix memoranda virorum.
Fertilis hæc herbis Ilisſum ſubvehit amnem.
Ilisſi Boreas ſtagno tulit Orithyiam.
Bœotûmque dehinc ſeſe confinia jungunt,
Et Locris, & patuli ſulcator Theſſalus agri,
Et Macetum præpingue ſolum; tumet arduus Æmus,
Threïciumque caput ſubducitur: adjacet Æmum
Partibus ab zephyri Dodonæ vatis alumnus.
Axe noti tritas ſubter rupes Aracynthi

vs. 571. Antea *adſulcat.* Ex Lucretio & v. 338. *adulat* (*i. e. lambit*) repoſuimus.

vs. 584. Vulg. *Herbas Ilisſum ſubvehit amnem.*

Gens Ætola colit, campis ibi pulcher apertis
Labitur, & virides ſulcans terras Acheloüs
Inruit Hadriaci tergum maris: hicque frequentes
Fluctibus attolluntur Echinades. haud procul inde
Priſca Cephallenæ conſurgunt oppida terræ
Delphica quinetiam miſcet confinia Phocis
Lucis in exortum protentior, inque Boöten
Thermopylæ cedunt, hic ſe Parnaſſia rupes
Erigit: hic celeri Cephiſſus volvitur unda:
Hic quondam Python tranſfactus arundine membra,
Sanguinis & caſſus prolixa volumina ſolvit.
Illic ſæpe deam conſpeximus adridentem,
Inter thuricremas hic Phœbum vidimus aras.
Nunc ut quæque vago ſurrexerit inſula ponto,
Ordine quo ſteterint pelago circumflua ſaxa,
Expediam. Cymbæ ducatur curſus ad undam
Gurgitis occidui: precor adſpirate Camœnæ,
Inter & oppoſitas intendite lintea terras.
Gadir prima fretum ſolida ſuper-eminet arce,
Adtollitque caput geminis inſerta columnis.
Hæc Cotinuſſa prius fuerat ſub nomine priſco,
Carteſſumque dehinc Tyrii dixere coloni
Barbara quinetiam Gadir hanc lingua frequentat.

vs. 610. In edit: Pithæi *ſuper eminet.*

Pœnus quippe locum Gadir vocat undique ſeptum
Aggere prædućto. Tyrii per inhoſpita late
Æquora provećti, tenuere; & ceſpitis ora
Conſtituere domus; dant hi quoque maxima templa
Amphitryoniadæ, numenque verentur alumnum.
Inſula ſe propter Gymneſia tollit ab alto,
Ac dilećta vago pecori conſurgit Ebuſus,
Sardiniæque arces & inhorrens Corſica ſylvis:
Æolidesque dehinc tumidis ſe fluctibus edunt
Inſulæ & inſerto caneſcunt undique ponto.
Has dudum tenuit rex Æolus: Æolus illic
Hoſpita jactatis indulſit littora nautis,
Æolus imperio ſummi Jovis arbiter alto
Impoſitus pelago est, effundere carcere ventos
Et ſedare ſalum. Septem ſeſe æquoris æſtu
Emergunt arces, ſeſe æquoris æſtu ****
Hic habuit. Tunc Auſoniam ſe pandit in oram
Tellus Trinacria & patulo diſtenditur agro.
Hæc autem trinis laterum procurſibus adſtat
Ternaque cœruleis longe juga porrigit undis.

vs. 615. Alii *Gaddir.* Vide SALMASIUM in Exerc. Plinianis p. 202.
vs. 617. Alii
Tenuere ut ceſpitis oram.
vs. 619. HEINSIUS legit:
Et numen venerantur alumnum.

vs. 630. Verba illa
Seſe æquoris æſtu.
male hic loci ponuntur. deſunt nonnulla hisce ſimilia:
Incudem Mulciber olim.

In matutinos Pachynus producitur ortus:
Pars tepet a Zephyro Lilybeïa: celſa Peloris,
Tota ſereniferæ pulſatur flatibus urſæ.
Hic iter infidum pelagi, miſerandaque fata
Involvere ſalo fluctuque hauſere voraci
Sæpe rateis. Urgent angustæ marmora fauces,
Arctaque præcipitant properum confinia pontum.
Qua ſe parte dehinc celſæ notus erigit æthræ,
Vis late Libyci furit æquoris. Una ibi Syrtis,
Ast aliam ulterius freta prolabentia tendunt,
Parvaque cœruleo circumſonat æquore Meninx.
Rurſus in Hadriacam lembum cogentibus undam
Et lævum curva pelagus ſulcantibus alno,
Inſula ſe Graii Diomedis gurgite promit,
Italiam ſpectans & Japygis arva coloni.
Huc illum motæ quondam tulit ira Diones,
Poſtquam per celeres extorrem traxit Iberos:
(Conjugis huc diræ miſit furor Ægialiæ.)
Ionii ſi quis rate rurſum cœrula currat
Æquora, & eoös cymbam producat in ortus,
Abſyrti cautes & crebras protinus arces
Inveniet. Colchos huc quondam cura fideſque

vs. 640. Antea *ſurgent.*
vs. 641. Vulgo *Arctam.*
vs. 645. Ita ſane legendum; cum in Editionibus Pithœi eſſet *Mixam* & in Madrit: *Mixtam* corrupte.

Extulit inſanam ſectantes Æetinen.
Nec procul Ionii per terga Libyrnides adſtant.
Inque notum poſt dura Ceraunia carbaſa ſi quis
Torqueat & tepidos lembum declinet in axes,
Ambraciotarum ſuccedunt protinus arces
Alcinoïque domus pandetur Corcyra rurſum,
Corcyra compta ſolum, locupleti Corcyra ſulco.
Hanc ſuper eſt tellus Ithaci vetus aula tyranni,
Exſulis & toto raptati ſæpe profundo.
Plurima præterea conſurgunt gurgite ſaxa,
Quæ protentus aquas Acheloüs pulcher oberrat,
Amniſusque. dehinc alias circumfluit unda:
Quæ tamen in boream vergant magis, Ægyla parva,
Et procera caput turgeſcunt pulchra Cythera,
Eminet hic etiam ſaxoſa Calauria juxta.
Carpathus hic rupes attollitur: hæc tamen axem
Reſpicit occiduum. Nutrix hic Creta Tonantis
Multa latus glebamque ferax & opima virentum

vs. 657. Ita ex Græcis Dionyſii. Antea in Edit: Pithæi *incnt.*, in Edit. Madrit: *latent.*

vs. 663. Forte:

Alia circumfluit unda.

SCHRADERUS.

In Editione Madritana.

Amnis usque &c.

& mox *Undas* in utraque editione.

vs. 672. Legitur etiam *Carpatis.*

vs. 673. Cum Dionyſio errat Avienus. debet eſſe *ortivum.*

vs. 674. Legitur.

Culta latus &c.

Ibidem: Lege

& opima bidentum.

ob Dionyſii verſum 501.

Πολλή τε λιπαρή τε καὶ εὔβοτος.

EDITOR.

Erigitur pelago. Cretam ſuper adſtitit Ida,
Ida procelloſis agitans Aquilonibus ornos.
Nec procul Ægyptum Rhodus adjacet, adjacet ora
Suniados, qua ſe prætendit ceſpes Abantum,
Fertilis Æginæ tellus & opima Salamis,
Lucis ab exortu, Pamphylia qua cavat æſtum
Prolabentis aquæ, Cyprus alta cingitur unda,
Atque Dionæi pulſatur littoris acta.
Inde Chelidoniæ treis ſeſe gurgite tollunt
Qua frons tenta ſalo Patareïdis eminet arcis.
Læta dehinc Aradus Phœnicum præjacet oram,
Multus ubi exeſæ ſinus est telluris ab alto,
Ac latus omne ſoli procul in diſpendia cedit
Littoris & curvo prælambitur ora fluento.
Mirus & ille dehinc Ægæi gurges habetur,
Qui gemina de parte ſali velut ordine justo
Saxa mari profert circumflua, tenuia ſeſe
Qua freta præcipitant Athamantidis inclyta leto:
Sestus ubi atque Abydus parvo ſale diſcernuntur,
Et vicina ſibi lambit confinia pontus.

vs. 677. Legitur. *Adjacet oram Suniada.*

vs. 681. Forte: *Prælambentis aquæ* &c.

vs. 687. *Prælabitur* in Editione Madritana.

vs. 688 *Ordine viſo* habet Editio quæ Venetiis lucem vidit anno 1488.

Pars procul Europæ lævum latus, altera porro
Ditem Aſiam ſpectat: cunctæ tamen ordine facto
Inſulæ in Arctoï procedunt plauſtra Boötis.
Europam incumbit prolixus limes Abantum.
Scyrus ibi late dorſum tumet, ac Peparethum
Protollit pelagus. Juxta Vulcania Lemnus
Erigitur, Cererique Thaſus dilecta profundo
Proferit albenti ſe vertice. prominet Imbrus,
Threſſaque conſurgit propter Samus. Indeque rurſum
Cyclades accedunt Aſiam, Delumque coronant.
Omnes fatidico curant ſolennia Phœbo.
Nam cum vere novo tellus ſe dura relaxat,
Culminibusque cavis blandum ſtrepit ales Hirundo,
Gens devota choros agitat, cratituque ſacrato
Ludunt festa die, viſit ſacra numen alumnum.
Hinc Sporades crebro producunt ceſpite ſeſe;
Denſa ſerenato ceu ſplendent ſidera cœlo.
Nec minus attolluntur Ionides inſulæ ab alto.
Hic juxta Caunus, Samus hic Saturnia juxta,

vs. 699. Legitur etiam *late*.
vs. 700. Forte *propellit*.

SCHRADERUS.

vs. 707. *Cantuque*. legit Vlitius ad Calpurnium pag. 477.
Charitesque malit Reineſius in Epiſtola ad Daumium, pag. 141.

Forſan *crepituque*.
Forte *rituque Sacrato*.

SCHRADERUS.

vs. 711. Ita in editione Madrit.
Antea corrupte:
Denſa ſerena toccus ſplendentia ſydera cœlo.

Tumque Chius patulæ proſpectans arva Pelinæ.
Lesbus item & Tenedus per aperti marmora ponti
Expediunt arces & culmina nubibus indunt.
Hinc ſe piscoſi pandit ſinus Helleſponti.
Hic ſalis arctoï ſpumas vehit impiger æſtus,
Hic protenta quatit late freta glauca Propontis.
Siquis læva dehinc Euxini marmora ſulcat,
Ora Borysthenii qua fluminis in mare vergunt,
E regione procul ſpectabit culmina Leuces:
Leuce cana jugum, Leuce ſedes animarum.
Nam post fata virûm ſemper verſarier illic
Inſontes ajunt animas, ubi concava vasto
Cedit in antra ſinu rupes, ubi ſaxa dehiscunt,
Molibus exeſis, & curvo fornice pendent.
Hæc ſunt dona piis: ſic illos Jupiter imis
Exemit tenebris, Erebi ſic inſcia virtus.
Rurſum Cimmerius qua Boſporus ora pateſcit,
Dexterior ponto ſubit inſula, vastaque late
Excedit moles pelagus, ſedet eminus ingens
Phænagore & muros attollitur Hermonasſa.
Hæ maris infuſi conſurgunt inſulæ ab alto.

vs. 719. Forte:
Hic protenta rapit &c.
SCHRADERUS.

vs. 727. Antea *Mollibus*.

vs. 730. Alii
Qua Boſporus ore pateſcit.

vs. 736. Antea:
Dehinc, circumfluus & quas Æſtuet.

Exterior quas unda dehinc circumfluit & queis
Æſtuet Oceanus, quibus illæ flatibus omnes
Culmina pulſantur, memori date carmina Muſæ!
Propter Atlantæi tergum ſalis Æthiopum gens
Heſperides habitat; dorſum tumet hic Erythreia,
Hicque Sacre; ſic terga vocat gens ardua montis.
Nam protenta jugum tellus trahit: hoc caput emplæ
Proditur Europæ. genitrix hæc ora metalli,
Albentis ſtanni venas vomit. acer Iberus
Hæc freta veloci percurrit ſæpe faſelo.
Eminus hic aliæ gelidi prope flabra Aquilonis
Exſuperant undas & vaſta cacumina tollunt.
Hæ numero geminæ, pingueis ſola, ceſpitis amplæ,
Conditur occidui qua Rhenus gurgitis unda,
Dira Britannorum ſuſtentant agmina terris.
Hic ſpumoſus item ponti liquor explicat æſtum,
Et brevis è pelago vertex ſubit: Hic chorus ingens
Foeminei cœtus pulchri colit orgia Bacchi:
Producit noctem ludus ſacer: Aëra pulſant
Vocibus & crebris late ſola calcibus urgent.
Non ſic Abſynthi prope flumina Thraces, & almæ
Biſtonides; non qua celeri ruit agmine Ganges,
Indorum populi ſtata curant feſta Lyæo.

vs. 737. Vulgo. *Culmine pulſentur.* & mox *carmine.*
vs. 748. Vulgo, *Rheni.*

Longa dehinc celeri ſi quis rate marmora currat,
Inque Lycaonias cymbam procul urgeat arctos,
Inveniet vaſto ſurgentem vertice Thylen.
Hic cum plauſtra poli tangit Phœbeïus ignis;
Nocte ſub inluſtri rota ſolis fomite flagrat
Continuo; clarumque diem nox æmula ducit.
Nam ſol obliquo torquetur cardine mundi,
Directosque ſuper radios vicinior axi
Occiduo inclinat, donec juga rurſus anhela
Devexo accipiat cœlo Notus: inde fluenta
Tenduntur Scythici longe maris in facis ortum
Eöæ, qua cyaneis crepit ab undis
Inſula, quæ priſci ſignatur nominis uſu
Aurea, quod fulvo Sol hic magis orbe rubeſcat.
Contemplator item qua ſe mare tendit in auſtrum,
Inque Notum Oceanus freta ponti cærula curvat:
Altaque Coliadis mox hic tibi dorſa pateſcent
Rupis & intenti ſpectabis ceſpitis arces.

vs. 769. Ita (cum Salmaſio in Exercitationibus Plinianis pag. 700.) legimus; aut ſic,

ortus
Eoös, ubi cyaneis &c.

Antea:

Eoa & ut coëaneis ſe repit ab undis.

legitur etiam

Eoa, tum Cyaneis crepit &c.

SCHRADERUS.

vs. 772. Locum reſtituit Salmaſius in Exercitationibus Plinianis, pag. 783.

Antea:

Contemplator item ceu ſe mare tendit in auſtrum
& mox *cærula curvat.*

Pro quibus ingenti conſiſtens mole per undas
Inſula Taprobane gignit tetros elephantos,
Et ſuper æſtiferi torretur ſydere Cancri.
Hæc immenſa patet, vastisque extenditur oris
Undique per pelagus: latus autem protinus olli
Agmina cetoſi pecoris vaga monſtra profundi
Adludunt: fervent Erythræi marmora ponti
Tota feris hæc ut rigidi juga maxima montis
Nubibus attollunt latus omne & terga tumeſcunt,
Inſtar in his rupis ſpinæ tenor arduus adſtat.
Molibus in celſis rupis quoque creber inhorret.
Ah ne quis rapidi ſubvectus gurgitis unda
Hæc in terga ſalis lembum contorqueat unquam:
Ah ne monſtrigenis hostem licet inferat æſtus
Fluctibus: immodicæ late patet oris hiatus,
Quippe feris, antro panduntur guttura vasto;
Protinus hæc ipſas abſorbent fauce carinas,
Involvuntque ſimul mox monſtra vorantia nantes.

vs. 780. Ita ex conjectura, Vulgo:
Aut protinus olli.
v. 787. Secuti ſumus Pricei conjecturam in notis ad Apuleji Miles: pag. 59 antea.
An aquis rapidi ſubtectus &c.
& mox vs. 789.
An ne monſtrigenis.

vs. 790. Malim *immodici.*
vs. 792. Legitur etiam.
Protinus hac &c,
vs. 793. Forſan *nautas.*
Ibidem: lege
Involvuntque ſinu.

SCHRADERUS.

Ogyris inde ſalo promit caput, aſpera rupes
Carmanidis qua ſe pelagi procul invehit undas.
Regis Erythræi tellus hæc nota ſepulchro
Tenditur & nudis juga tantum cautibus horrent
Perſicus hinc æſtus fauces hiat. Inſula rurſum,
(Si tamen in Boream flectantur carbaſa cymbæ)
Icarus aërio conſurgit vertice in auras,
Icarus ignicomo Soli ſacra: namque Sabæi
Thuris ibi ſemper vaga fumum nubila volvunt.
Inſulæ in oceani procurſibus hæ tibi tantum
Carmine ſunt dignæ. multas vehit undique pontus
Præteræa parvas ſpecie famaque carenteis.
Pars videt Europam: non has tamen aut modus oræ
Aut interna cavi commendat vena metalli.
Harum aliæ diris referant vix littora nautis
Et ſcaber in multis ſcrupus riget, undique iniquus
Subrigitur vertex & inhoſpita ceſpitis ora eſt.
Harum quis valeat numeroſa ut nomina fari?
Pars Aſiam, Libyam pars adjacet altera ponto.
Si velit has ullus, velit idem ſcire quot alto

vs. 804 Ita in edit: Madrit: Pithœus corrupte edidit.
Carmine rundigenæ.
vs. 808. Forte:
Duris referant vix littora nautis.
SCHRADERUS.

vs. 811. Id eſt: *harum ut quis valeat num* &c.
Vel forſan legendum.
Numeros aut nomina fari.

Curventur fluctus pelago, quot ſidera cœli
Elucent flammis, quot robora proferat Ida,
Quantus arenarum numerus verſatur ab Euro.
Carmine nunc Aſiam formet ſtylus. incute doctam
Phœbe chelyn! totis Helicon adſpiret ab antris.
Maxima pars orbis narrabitur, inclyta tellus
Prometur Muſis: terrarum ſumma duarum
Unius est limes, quæ ceſpite protegit ambas.
Vastius est Aſiæ diti caput, indeque ſenſim
In matutinos oram conducitur axes.
Hic adſtare procul Bacchi fert fama columnas,
Ultimus Oceani qua terras adluit æſtus,
Indica qua rupes tumet extima, qua vaga Ganges
Ceſpite dorſa trahens Nysſæum in Platamona
Porrigitur; ſimilis nequaquam est forma duabus,
Nec modus est compar: Secat unus denique pontus
Europam & Libyam: multus circumſonat istam
Oceanus, trinoque ſinu vagus influit æſtus
Unam Aſiæ molem: ſinus istam Perſicus inſtat,
Maximus hanc Arabum ſcindit ſinus, & ſinus æquor
Inſerit Hyrcanus: duo nigri partibus auſtri

vs. 815. Vulgo, *flammas.*
Ibidem. Forte
Eructent flammas.
SCHRADERUS.

vs. 821. Vulgo, *qua.*

vs. 827. Ita in Græcis Dionyſii.

Curvantur, rigidam ſuſpectat tertius Arcton:
Hic in Euxini prorepit marmoris undam,
Et zephyrum tergo ſpectat procul: adjacet ambos
Tellus multa dehinc & longis tenditur arvis.
Aſt Aſiam incumbit vaſto mons aggere Taurus,
Interſtatque jugo mediam, Pamphylia campo
Qua jacet incipiens, ac verticis ardua ducit
Indorum ad pelagus: nunc autem ſubrigit idem
Obliquas arces & flexilis aëra pulſat:
Nunc directa ſolo tentus veſtigia figit.
Mille dehinc amnes unus vomit, exſerit unus
Flumina per terras, vel qua riget ora Boötis,
Vel qua lene Notus ſpirat, qua perſtrepit Eurus,
Et qua dilecto zephyrus ſuſtollitur axe.
Nec tamen hic uno ſignatur nomine ubique,
Sed dum flectit iter, novus emicat; utque tumenti
Gens vicina ſubeſt, peregrina vocabula mutat.
Accipe qui populi circumdent denique Taurum.
Mæotæ primi ſalſam cinxere paludem.
Obſervatur item trux Sarmata, bellica quondam

vs. 840. Forte:
Pamphylia campos.
SCHRADERUS.

vs. 841. Antea.
Ad verticis ardua ducit
Indorum pelagus.

vs. 842. Antea in Editione Madrit:
Subluit. male.

vs. 484. Vulgo *delectio.*

Gentis Amazonidum ſoboles: nam cum prius illæ
Egisti vasti prope flumina Thermodontis
Threïcio de Marte ſatæ, junxere profectæ
Concubitus: longas exercet Sarmata ſylvas:
Exquibus elapſus Tanaïs procul arva pererrat
Barbara & in ſalſam protendit terga paludem.
Hic Aſia Europam disterminat: arduus iſtum
Caucaſus eructat: Scythicos hic fuſus in agros
Inpacatorum nutrit pubem populorum.
Hujus utrumque latus quatit amplis bruma procellis,
Conſtrictumque tenent hunc frigora: proxima rurſus
Cimmerii Sindique colunt: Cercitia gens est
Atque Oretarum propter genus: indeque Achæi
Ab Xanthi ripis atque Idæo Simoënte
Inter cauricrepas & ſcrupoſas convalles.

vs. 856. *Egisti*, vox nihili est. Ad hunc forſan modum refingenda ſunt verba

Nam cum prius illis.
Ejectæ vasti prope flumina Thermodontis
Threïcio &c.

aut *Egestæ*, aut *Exactæ*.

Amazonas Martis filias dici, testatur. Iſocrates in Panathenaïco. Vide Petrum Petitum de Amazonibus, pag. 21 & 22.

Alii malunt:

Nam cum prius illæ
Egiſſent vasti prope flumina Thermodontis.

EDITOR.

vs. 866. Scribe *Cercetia* & mox *Toretarum*. *Harduinus ad Plinii* Lib. 6. pag. 756.

vs. 869. Ita ex emendatione Cl: Salmaſii in Exercit. Plinianis, pag. 890.

Antea:

Inter chauri crepaſſent ſcrupoſas &c.

Forte:

In Coracis ripas &c.

Transvexere larem: Juxta gens aſpera degit
Heniochi, Zygiique dehinc, qui regna Pelasgûm
Linquentes, quondam tenuerunt proxima Ponti.
Impiger hos propter Colchus colit: iſte feraci
Exſul ab Ægypto celſæ ferit aſpera rupis.
Caucaſus Hyrcanæ nimium conterminus undæ eſt
Hujus valle procul Phaſis gemit, iſtius antro
Agmina provolvit, Circæaque lapſus in arva
Incidit Euxinum borealis cardine cœli.
Rurſus in Eöæ lucis confinia tellus
Inclinata jacet gemino vicina profundo.
Caſpinam late terram ſuperadluit unda,
Euxinique ſubeſt tergum ſalis: aſper Hiberus
Hic agit: hic olim Tyrrhenide pulſus ab ora
Ceſpitis eöi tenuit ſola, ceu vaga ſæpe
Fors rapit exactos: primi tenet æquora campi
Gens Camaritarum, qui poſt certamina Bacchum,
Indica Baſſaridum cum duceret agmina victor,
Accepere caſis, menſasque dedere Lyæo.

vs. 871. Sic ex Græcis Dionyſii. Vulgo, corrupte.

Iniochi perique hinc &c.

Forte:

Eniochi Mœſique dehinc.

SCHRADERUS.

vs. 874. Vulgo *ferit.*

Forte:

Celſæ exterit aſpera rupis.

SCHRADERUS.

vs. 881. Antea *ſuperabluit.*

Nonnulli legunt:

Cuſpide nam late terram &c.

Forte:

Caſpiacam late terram ſuperalluit unda.

IDEM.

Orgia ludentes & nebride pectora cincti
Deduxere choros, Nyſæi ludicra ritus.
Hos ſuper in fluctus adſurgit Caſpia Tethys.
Hæc dicenda mihi; nec diri gurgitis umquam
Luſtravi pinu freta barbara, nec vagus orbem
Undique reptavi: ſic vaſti flumina Gangis,
Caucaſeas arces & dumicolas Arienos
Incentore canam Phœbo, Muſisque magiſtris
Omnia veridico decurrens carmine pandam.
Caspia per teretes Tethys diſtenditur oras,
Et ſinuant curvis hanc totam littora terris:
Tantum ſed fuſo pontus jacet iſte profundo,
Ut ter luna prius reparet facis incrementa
Quam quis cæruleum celeri rate tranſeat æquor.
Gurgitis oceanus pater eſt, namque iſta nivalis
Axe Helices infert rapidi freta concita ponti,
Et ſinus inde tibi pelagus trahit: hic vada propter
Caspia verſatur Scytha belliger: hicque feroces
Degunt Albani: trux illic arva Caduſus
Dura tenet, Mardi celeres, Hyrcani, Apyrique.

vs. 893. Lege

Nec vagus orbem
Hunc perreptavi &c.

SCHRADERUS.

vs. 908. Dionyſio *Tapyrique*. Vide adnotationem clarisſimi Salmaſii ad hunc locum, quam editioni huicce ſubjeci. Cæterum locum amplius tractavi in Dionyſii, jam prope elaborata editione; quamque Summo adſpirante Numine, & volentibus Typographis brevi dabo.

Ceſpite vicino Mardus fluit & procul ipſos
Accedit Bactros: attingens denique atroces
Agmine Dercebios, medius diſterminat ambos,
Hyrcanique ſalis tumido convolvitur æſtu.
Sed Bactrena ſalo vaſto procul arva recedunt;
Parnesſique jugi tegitur gens rupibus illa:
Dercebios aliud cohibet latus & vada tangit
Caſpia: tum clari pharetris agilique ſagitta
Maſſagetæ glauci ſuccedunt flumen Araxis,
Durum ab ſtirpe genus, placidæ mens neſcia vitæ
Ignorant flavæ Cereris commercia, Bacchi
Semper inexpertes animam traxere ferinam.
His cibus & potus ſimul eſt: nam ſanguinem equinum
Et lac concretum per barbara guttura ſorbent.
Nec procul ad boream diri poſuere Chorasmi
Hoſpitia & juxta protendit Sugdias agros,
Sugdias ingenti quam flumine disſicit Oxus.
Hic procul Emodi late ruit aggere montis
Et per prolixos evectus protinus agros
Caſpia propellit fluctu freta qua petit hujus
Fluminis os, diri ripas habitant Jaxartæ.

vs. 925. Ita in Editione Pithœi *disjicit* in Edit. Madrit: Alii *disſecat.*

vs. 914. Ita ex Dionyſii Codicibus. Antea *Parnasſique jugi tegitur &c.* In Dionyſio Παρνησσῷ & in Avieno *Parnisſique* legit Salmaſius in Exercit. Plin. pag 554.

vs. 929. Ita emendavit Vlitius in Commentario ad Gratium pag. 144.

Tendere non horum quisquam certaverit arcum.
Ambitus hos etenim multus trahit & grave curvis
Pondus ineſt taxis, longo ſunt ſpicula ferro,
Et rigor in nervis velut obvius: Inde cruenti
Sunt Tochari, Phrurique truces & inhoſpita Seres
Arva habitant, gregibus permixti oviumque boumque
Vellera per ſylvas Seres nemoralia carpunt.
Ultima Epetrimos tellus habet: & procul iſta
Caſſa virum eſt, nullis pecorum balatibus agri
Perſultant, herbæ viduus jacet undique ceſpes
Fronde carens, nuſquam terras interſecat amnis.
Caſpia tot late circumdant æquora gentes.
Nunc rurſum ab Colchis & glaucis Phaſidis undis

In Pithœi Editione.

Qua petit hujus
Fluminis osdibiripas habitant Jaxartæ.

In Editione Madii:

Qua petit hujus
Fluminis occidui ripas, habitant Jaxartæ.

In Editione Veneta Anni 1488.

Fluminis osdibiripas habitant Arrentæ.

Legi poteſt:

Qua patet hujus
Fluminis os, Sacæ ripas habitant Jaxartæ.

Verum, ut aït Vlitius, qui Sacas ex Dionyſio inferciunt, ipſius potius quam Avieni mentem aſſequuntur, cui familiare ſatis ab Auctore ſuo diſſentire.

vs. 930. Antea *arcum*. Forte legendum.

Tendere non horum quisquam certaverit arvis.

EDITOR.

vs. 933. Forſan *Oſſeus*. Præfero.

Et rigor in nervis veluti bovis &c.

vs. 934. Vulgo *Frurique*.

vs. 937. Hic loci Avienus adjectivum ἐπητρίμους, nomen proprium facit, quod ignorantiam ejus tam in lingua Græca quam in Geographia prodit.

vs. 942. Vulgo *Faſidis*, legitur etiam

Glauci Phaſidis undis.

Occiduum ad ſolem populos memorate Camœnæ
Usque in Threïcii fauces maris! Aſpera primum
Byzerum gens est: diri ſunt inde Bechiri,
Macrones, Phylirique & pernix Durateûm gens.
Inde Tibareni Chalybes ſuper, arva ubi ferri
Ditia vulnifici crepitant incudibus altis.
Post hos Asſyriæ tenduntur jugera terræ,
Armenioque jugo late ſurgens Thermodon
Gentis Amazonidum lambit ſata; nec minus illic
Erigit excelſa in fastigia prisca Sinope,
Hanc urbem quondam, magni Jovis ardor, Aſopi
Virgo locans ſævæ propter confinia terræ,
Aulam habuit, plebemque ſuo de nomine dixit.
Nec procul hinc purus laticem devolvitur Iris;
Et citus Armeniæ rurſum convallibus artis
Qua vastum in pelagus vergit ſaxoſa Carambis,
Surgit Halys: tum Paphlagonum ſata longa pateſcunt,
Et Mariandynûm gens incolit, unde triformis
Ora canis ſuperas quondam produxit in oras

vs. 945. Antea *est gens*. Forſan *Byzerorum* ab Avieno.
Ibidem. Forſan *dari*.
Ibidem. Juxta Dionyſium *Bechires* & mox *Pilyres*.
vs. 946. Apud Dionyſium καὶ οἱ μόσσυνας ἔχουσι Δουρατέους.
Scilicet Mosſynœci.
vs. 960. legitur etiam. *Unde triſauci Ore canem ſuperas* &c.
vs. 961. Alii *auras*.

Alcides Erebo: propter Bithynia glebam
Exſerit: hic late Rhebas extenditur amnis
Rhebas, cyaneï qui disſicit æquora Ponti,
Rhebas, argento ſimilem qui porrigit undam.
Hi pontum cingunt populi. Nunc illa canetur
Ora Aſiæ, glaucus pelagi quam ſubluit æſtus.
Axe Noti in fauces rapidi procul Helleſponti
Et freta qua ſpumant Ægyptia partibus Auſtri,
Uſque Arabes & longa Syræ confinia terræ,
Dictus enim quantus rigidas Scytha degat ad Arctos
Chalcedon tumulus fluctu circumdatus alto
Eminus Europen proceraque mœnia Byzæ
Adſpicit: ab tergo tendit Bebrycia glebam,
Celſaque nubiferæ ſustollit culmina rupis
Myſus ager: Myſos tacitum diffuſus in æquor
Tergaque flaveſcens ſulcat Cius: hujus ad undam
Pulcher Hylas Nymphis quondam fuit anxia cura,
Hinc in cœruleum cedit ſinus Helleſpontum,
Explicat & Phrygiam, tellus incurvat in orbem,
Major Sangario late præſtringitur amni,
Hæc procul Eoös procedit plurima in axes,
Fertilis herbarum: qua cœlum rurſus in umbras
Inclinat vertex, panduntur terga minori,

vs. 964 Ita & ſupra, verſu 925. iterum in Edit Madrit: *disjicit.*

vs. 968. Alii, *ad fauces.*

vs. 980. Alii *Curvatur.*

Quæ jacet immenſæ late ſub rupibus Idæ,
Infortunatam pertingens ceſpite Trojam.
Æolis inde patet vastum ſuper Helleſpontum
Ægæi per terga ſali prolixus Ionum
Rurſus ager glebam protenditur: hunc ſecat ingens
Mæander, ſalſique ruens vada gurgitis intrat.
Comminus hic gelidi qua ſpirant flabra Aquilonis,
Urbs Epheſus tætræ ſustollit fana Dianæ,
Munus Amazonidum memorabile; nec minus inde
Lydia procedens longum latus explicat euro:
Inqua vitiferæ Tmolus juga proferit arcis,
Et Pactolus aquas agit auriger, arva canoris
Perſultant cygnis, curvis ſedet undique ripis
Creber ales, lætis adſurgunt gramina campis,
Herbaque luxuria loca ſemper pinguia vestit,
Sed locuplete magis Mæandria gleba recumbit

vs. 997.

Curvas ſed & undique ripas.

Edidit Pithœus.

Curvas ſedet undique ripas,

in editione Madrit: legitur etiam,

Arva canori
Perſultant cygni; curvas ſedet undique ripas
Creber olos.

Speciosa certe conjectura; Avienum tamen,

Arva canoris
Perſultant cygnis.

ſcripſiſſe mihi perſuadet verſus 939.

Nullis pecorum balatibus agri
Perſultant:

Porro *Creber olos* legendum nullus dubito, confirmat conjecturam Editio Veneta 1488. quæ habet.

Curvas ſedet undique ripas
Creber alos &c. EDITOR.

vs. 999. Forſan,

Herbaque luxurians loca &c.

Ubere, nam blandi terram rigat unda Cayſtri.
Mæonis hic etiam deducit turba choreas:
Aurea ſubnectunt hæ vincula, ritus Jaccho
Luditur, atque ſacris feriunt ululatibus æthram;
Virgineusque chorus late ſtrepit, exſilit omnis
Cœtus & inſtabilis vaga pendunt corpora damæ:
Caurorum quoque flabra deo famulantia ludunt
Ritibus in vulgi; ſubeunt hæc ſerica ſæpe
Pallia & impulſi zephyris agitantur amictus.
Hæc linquenda tamen læto reor omnia Lydo.
Qua ſe Xanthus agit Lyciorum tenditur ora
Inclinata mari, ſurgunt ibi culmina Tauri
Pamphyliæ in fines: hoc idem Cragus habetur
Nomine ſub gentis: prope celſam ſurgit in arcem
Priſca Side: ſus hic calidis adoletur in aris

vs. 1001. An. *quam?*
vs. 1004. legitur etiam:
Aurea ſubnectunt pede &c.
vs. 1006. Ita Pithœus, in editione Madrit:
*Et inſtabilis vaga pendent corpora damm**
In Edit Veneta,
—— —— *vaga pendent corpora damme.*
Forſan:
Et inſtabiles vaga &c.
Forte:
Et inſtabiles vaga pendent corpora dumo.
SCHRADERUS.

vs. 1013. Vulgo, *hic.*
vs. 1015. Ita Salmaſius ad Solinum, pag: 549. In vulgatis.
Priscas Idæ fomes &c.
Voſſius ad Melam pag. 72. Avienum ſupplet & legit hoc modo:
Prope celſam ſurgit in arcem
Piscoſi Aſpendus flumen, ſecus Eurymedontis,

Sæpe Dionææ Veneri: ſtat Corycus alta,
Stat Perge propter, ſtant ardua tecta Phaſelis
Eminus & Phœbi radiis tremit æmulus ardor,
Inde Lycaoniæ tractus jacet: impiger agros
Incola decurrit, ſitit atrum dira cruorem
Gens hominum, & ſævo paſcuntur pectora bello.
Tum Piſida ferox exercet pinguia culta,
Termesſusque dehinc urbs eminet, eminet arcem
Inclyta per nubes attollens mœnia Lyrbe
Et Lacedæmoniæ ſurgunt faſtigia Selges.
Plurimus hinc terras intrat ſinus, undaque longe
Vicina Euxino rupti ſola ceſpitis urget.
Hic diros Cilicas trames tenet, inque dieï
Tenditur exortum: ſulcant duo flumina terram.
Pyramus hic undas, hic volvit Pinarus æquor.
Cydnus item mediæ diſcernit mœnia Tarſi,
Pegaſus hoc olim ſuſpendit ceſpite ſeſe
Impresſæque ſolo liquit veſtigia calcis:
Esſet ut inſigni revoluta in ſæcula ſemper
Nomen humo, clari poſt ultima Bellerophontis.

Sus ubi deformis calidis adoletur in aris.

Ac ſi ex duobus verſibus librarii unum fecerant.

vs. 1023. Illud *eminet* repoſui, quum vox una aut altera deesſet in Editis.

vs. 1026. Vulgo *undique.*

vs. 1028. Ita Salmaſius in Exercitat. Plinianis pag. 549. antea corrupte.

Hic diros cœli castrames tenet.

vs. 1032. Ita Cellarius. Ante

Pegaſus hic olim ſuſpendit &c.

Hic ceſpes late producit Aleïus arva;
Horreſcitque comis nemorum, per inhoſpita cujus
Æquora ſecreto vitam protraxerat agro.
Lyrneſſusque dehinc, hinc Mallus & Anchialia
Illuſtresque Solæ poſt carmina Vatis alumni.
Commagenorum propter diffunditur ora:
Et procul Heſperium curvatur limes in axem,
Donec piniferas Caſii prorepit ad arces.
Hinc ſolers Aſiam facili cape carmine totam.
Forma ſit hujus enim talis tibi; quattuor illa
In latera effuſa cordi dato: longior autem
Sit modus his rutili quæ ſpectant ſideris ortum.
Tuque tene primo quod carmine Muſa loquuta,
Totam Aſiam celſi præcingi vertice Tauri
Extima in Indorum: montis tamen accipe molem
Per latus id duci, quo dat Cynoſura pruinas:
Solis ab occaſu vaſtum decurrere Nilum:
Indicum ab eoïs mare fervere, rurſus ab Auſtro
Fluctibus immodicis Rubri ſalis æquora volvi
Ora Syrûm curvi procumbens litoris acta
In Notum & Eoï confinia tenditur Euri.

vs. 1045. Forſan *illam* & mox *effuſam* aut ſic:

Quatuor illa
In latera effuſa est quadrati:

vs. 1055. Forte:

Ora Syrûm curvi procurrens littoris acta.

SCHRADERUS.

Hæc Cœle eſt Grajo ſub nomine: namque duobus
Ut concluſa jugis, vallis vice, multa cavatur,
Ab zephyro Caſius mons imminet: axe dieï
Conſurgentis item Libanus premit arduus arva.
Pars procul a pelago terras colit; inque receſſu
Gens agitat: ſalſo quidquid pulſatur ab æſtu,
Phœnicum regio eſt: hi Rubro a gurgite quondam
Mutavere domus, primique per æquora vecti
Luſtravere ſalum, primi docuere carinis
Ferre cavis orbis commercia, ſidera primi
Servavere poli: Populis Phœnicibus ergo
Urbs Jope ſterilisque dehinc habitatur Elaïs,
Gazaque proceris ad ſurgens undique muris.
Hic Tyrus eſt opulens, Berytus & optima, Byblos,
Sidoniique lares; ubi labens agmine amœno
Ceſpitis irrigui Boſtrenus jugera findit.
Nec minus hic Tripolis pingui ſe porrigit agro;
Orthoſisque dehinc attollitur: hic Marathus ſtat.
Littoris extremo caput altis turribus effert
Laodice & glauci prælambitur æquoris undâ,
Hic nemoroſa virent Daphnæ loca, celſa cupreſſus
Erigitur, ramis innectit laurus odora,

vs. 1070. Vulgo.
Et Berytus optima, Byblos.

vs. 1074. Antea.
Orroſisque dehinc &c.

vs. 1078. Forte. *Ramos.*

Crine Dionæo myrtus diffunditur, altæ
Conſurgunt pinus & cœlum ſibila pulſant
Robora, mollicomis tellus inſternitur herbis.
Urbs mediis Apamea dehinc conſiſtit in arvis,
Etqua Phœbeam procul incunabula lucem
Prima fovent, Emeſus fastigia celſa renidet.
Nam diffuſa ſolo latus explicat, ac ſubit auras
Turribus in cœlum nitentibus: incola claris
Cor ſtudiis acuit * amplius imbuit ordo
Denique flammicomo devoti pectora Soli,
Vitam agitant. Libanus frondoſa cacumina turget,
Et tamen his celſi certant fastigia templi.
Hic ſe indit juxta tellurem glaucus Orontes,
Nec procul Antiochi vagus interlabitur urbem,
Præſtringitque undis Apamenæ jugera glebæ,
Fertilis hic ceſpes protenditur, arvaque amica
Sunt pecori, in fructus facilis Pomona reſurgit,
Et fœcunda Ceres campo flaveſcit aperto,

vs. 1082. Vulgo. *Apamena.* Legitur etiam, *Conſidit in arvis.*

vs. 1084. *Emeſæ fastigia celſa renident.* Legit Salmaſius ad Vopiscum, pag. 366.

vs. 1087. Forte: *Vitam pius imbuit ordo.* SCHRADERUS.

vs. 1091. Legitur ab aliis. *Hic ſcindit juxta* &c. EDITOR.

vs. 1095. In Editis. *Infestus facilis Pomona reſurgit* Alii *In fœtus facilis Pomona reſurgit.*

Si rurſus tepidum via deflectatur in Auſtrum,
Curva ſinus Arabis ſuccedent æquora propter.
Namque Arabas Syriæque ſolum ſinus iſte fluento
Dividit & tentis procul interfunditur undis:
Et tamen Eoös paulum inclinatur in axes
Uſque in belligeri confinia flexus Elani,
Hinc tellus Arabum producit ceſpite campos,
Et latera ab gemino ſale tingitur; abluit æſtus
Perſicus hanc, Arabumque ſinus rigat æquore terras,
Hic ſua flabra polo ſpirant: nam Perſicus Euro
Turgeſcit vento, zephyro ſinus æſtuat alter.
Pars alia in primos quæ ſemet porrigit ortus,
Et Notus inſurgit qua nubifer, æquore Rubri
Tangitur Oceani; felici terra recumbit
Tota ſolo: tellus hic ſemper flagrat odoro
Ceſpite: prorumpir lachrymoſo ſtipite myrrha,
Myrrha furor quondam Cinyreïus; hic ladani vim
Vellera defundunt, calami coma pullulat almi,

vs 1099. In Editione Pithœi *fluentæ.*
In Editione Madrit: *fluntæ.*
vs. 1103. Prius erat, *Hanali.*
vs. 1108. Vulgo
Primos, qua ſemet porrigit ortus,
Et Notus inſurgit cum nubifer &c.
vs. 1109. Forte:
Pars Aſiæ in primos quæ &c.
SCHRADERUS.

vs. 1112. Alii,
Prorepit lachrymoſo ſtipite myrrha.
vs. 1113. Ita Salmaſius in Solinum, p. 663. Vulgo:
Myrrha furor quondam Memyreïus.
vs. 1114. Alii
Vellera deſudant, calami &c.

Gignit humus caſiam, concreſcunt thura per agros,
Longaque fœcundis pingueſcit odoribus ora.
Vera fides illic femori ſub imagine partus
Disrupiſſe Jovem penetralia; proderet ortus
Ut ſacer ætheria fulgentem fronte Lyæum,
Naſcenti Baccho riſit pater, undique fulſit
Cœlicolum ſedes, convexaque pura tetendit
Feſta dies: tellus effudit dives odores,
Villoſum ſubitis tumuit pecus incrementis:
Ver habuere ſuum nova ſtamina, flore frequenti
Pinxit terra ſinus, ac nymphis unda cucurrit
Largior: internis etiam procul undique ab oris
Ales amica deo largum congeſſit amomum.
Extemplo Liber ſubnectit nebride pectus,
Effuſaque comas hedera ligat, inde virenteis
Attollit thyrſos & blandi luminis igne
Os hilerat, totaque celer diffunditur æthra.
Sed propter Libanum terram ſulcant Nabatæi,
Chablaſiique dehinc, Agreni rurſus & inde
Chatramis eſt tellus; Canæ vicina fluento

vs. 1116. Forte.
Fœcundis pingueſcit odoribus aura.
SCHRADERUS.

vs. 1124. Alii *Flamina* aut *gramina*.

vs. 1127. Phœnicem intelligit, qui Soli ſacer. Vide Salmaſium Exercit: Plinianis pag. 283. & 291.

vs. 1134. Ita Salmaſius, pag. 349 & 350. Antea:
Iyldamus eſt tellus Canæ vicina fluento,
Perſicis accedunt rutili contermina Ponti
Minæi, Sciataque tenent ſuperi. impiger &c.

Cum in ora maritima habeamus, co-

Perſidis accedit: Rutili contermina ponti
Minnæi Sabathæque tenent, ſuper impiger ampla
Æquora deſulcat glebæ ditis Cletabenus,
Plurima præterea gens circumplectitur illic
Oram Arabum, muta ſed degunt agmina fama
Et numerus cunctis inglorius: inde Favonî
Qua plaga fœcundos alit almis fluctibus agros
Barbara montivagos tellus extendit Erembas.
Hi vitam duris agitant in cautibus omnes,
Intectique artus crepunt ardua ſemper
Culmina ſaxorum: non ollis pabula in uſum
Terra parit: glebas abrodunt more ferarum
Jejunas herbæ, nec amicas frugibus ullis,
Hinc ultra Lybani rurſum faſtigia celſi
Lux Hyperïonio qua ſe ſuſtollit ab ortu,
Alterius Syriæ limes jacet usque Sinopen
Gurgitis attiguam; mediis hic impigra in arvis
Cappadocum gens eſt: Propter freta turgida rurſus
Asſyrii juxta ſunt oſtia Thermodontis,
Et feſtina citis evolvitur unda fluentis.
Nec procul attollit qua ſe facis ardor ëoæ

ſpes Canus, posſumus, *canæ* legere & cum *Perſidis* jungere.

VS. 1141. Forſan:
Alit almis flatibus agros.

Quod etiam conjecit Cl. r. SCHRADERUS.

VS. 1142 Alii *Erembos*.

Plurimus Euphratæ manat liquor: iſte feroci
Fuſus ab Armenia vaſtum caput exſerit antro,
Inque Notum primæ protenditur agmine molis,
Et matutinos iterum converſus in axes
Dividit inſerto mediam Babylona fluento.
Inde Teredoniæ juga præter maxima rupis
Perfidis in pontum ſparſo cadit effluus amne.
Hunc ſuper in ſeptem quantum via carpitur ortus
Ceſpitis extenti ſpatus, citus æquora Tigris
Prona rotans, & ſaxa jugis avulſa ſupremis,
Et totas late celeri trahit agmine ſylvas.
Quin & vaſta palus medio diſtenditur agro;
Maximus hanc fluctu Tigris mox intrat; aperti
Terga lacus ſtupet unda ſilens, tacitæque recumbunt
Æquora Thoſpitis; ſolidarum denique more
Riparum ſtagni facies inciſa quieſcit,
Invectumque ſibi cohibens altrinſceus amnem
Stat diſcluſa palus: Sic Elidis incola Pontum
Diſſicit Alpheus: pelago ſic inſerit undas
Illæſum optatæ flumen ducens Arethuſæ.

vs. 1162. Vulgati *Amnis.*

vs. 1163. Vocem *Mox*, quæ in Editis deëst, ex conjectura inſerui.

vs. 1169. Forte:

Tacitæque reſidunt.

SCHRADERUS.

vs. 1170. Vulgo *Thoſippes.* Juxta Dionyſium & Priscianum *Thonitis.*

vs. 1171. Vulgo, *amnes*, quæ lectio ſi vera eſſet, tum legendum *invectosque.*

vs. 1174. In Edit. Madrit: *disjicit.* ut ſupra aliquoties.

Ergo per & ſtagnum vehitur celer amnis apertum,
Hoc elapſus idem vim proni gurgitis urget.
Non alium tantus rapit impetus; Haud ita quisquam
Spumeſcit fluctus, neque tantos ulla fragores
Unda ciet. Medio quæ tellus funditur agro
Hos amnes inter nomen tenet; at ſitus illam
Flumine præcinctam gemino per aperta locavit.
Non qui lanatum longo pecus educat agro,
Aut qui cornigeri ductor gregis arva pererrat,
Gramina qui paſtor ſimis petit apta capellis,
Quique cavo ſolers committit ſemina ſulco,
Quem Pomona juvat, quem ramis æsculus altis
Inlicit & pingui dependens ſubere glando,
Brachia Nysſæi qui palmitis ordine justo
Digerit aut tectis ſi quis dolat impiger ornos,
Vel ſalis in fluctus qui cymbam navita rexit,
Si adjerit hos ſaltus, nihil indiga ſubtrahit ora:
Dives humo tellus, dives jacet arbore ceſpes.
Istius in boream quicquid protenditur agri,

vs. 1179. *Neque tentos* in Edit: Pithœi.

vs. 1181. Ita Salmaſius in Solinum. Ut hic ſit verborum ſenſus: *Tellus, quæ medio agro hos inter amnes ſunditur, inde nomen tenet. aut* (in Edit: Madrit *at*) *ſitus illam* &c.

vs. 1186. *Gravi* pra *Cavo* repoſuit. HEINSIUS e codice Mediolanenſi.

vs. 1188. Legitur etiam
Ilicis e pingui pendentes robore glandes.

vs 1191. Vulgo *texit.*

vs. 1192. Ita ex conjectura: Vulgo *ſi * jecit.*

Armenii & vita duri ſulcant Matieni.
Qua ſunt flabri Noti, Babylon ſubducitur arce
Procera in nubes: hanc priſca Semiramis urbem
Vallavit muris, quos non abſumere flammæ,
Non ariës penetrare queat: ſtat maxima Beli
Aula quoque argento, domus Indo dente nitescit,
Aurum tecta operit, ſola late contegit aurum:
Ipſa dehinc tellus quæ circumplectitur urbem,
Et procerarum fructu vernat palmarum,
Et ſplendente procul beryllo ferta renidet.
Hic tamen internis Ophietidis arcis in arvis,
Inter gemmiferas excreſcit creber arenas.
Hinc Babylona ſuper geminæ pro finibus urſæ
Ciſſi Meſſabatæque & Chalonita vagantur.
At rurſum Armeniæ ſi quis pede pergat ab arce
Rupis, & eöas greſſum producat in oras,
Medica prolixos ſpectabit regna per agros.
Horum qui gelidi ſuccedunt plauſtra Boötis,
Pinguia rura tenent. ſunt illic Atropateni,

vs. 1195. Legitur.
Sectas ſi quis dolat impiger ornos.
vs. 1198. Ita in Editione Madrit: *flammis* edidit Pithœus.
vs. 1199. Antea *belli*.
vs. 1203. Vulgo *fluctu*, pro *vernat*. HEINSIUS *ſurgit* ad Claudianum.
vs. 1206. Vide Salmaſium in Exercit: Plinianis pag. 241.
vs. 1208. Ita ex Dionyſio. Vulgo *Coſſi Marragatæque & Chalonita* &c.
vs. 1214. Juxta Dionyſium & Priſcianum *Geli*.

Sunt Gerrhi & Mardæ tepidum qui rurſus ad auſtrum
Oram habitant, Scythicæ deducunt ſemina gentis.
Nam Medea ferox fuit ollis ſanguinis auctor,
Hæc, cum Pandionis lectum componeret, aulæ,
Attica, qua pulcro tellus pingueſcit Iliſſo,
Proditur, inque fugam propere convertitur exſul.
Has post in terras pinu ſubit Æëtine,
Inſeditque locos: veteres accedere Colchos
Nulla inerat menti fiducia; denique ab illa
Medorum ſoboli magicæ furor artis inhæret.
Pars gentis, rutilos Phœbi quæ ſpectat in ortus,
Saxa habitat; ſaxis excudit Narcisſiten.
Qui propter dumos nemoroſaque rura vagantur,
In pecus intenti, crebro grege pascua tondent.
Medica ſe tantos effundit gleba per agros,
Caſpia ut extento contingat ceſpite clauſtra.
Hæc Aſiæ dixere fores, hiet ore quod illo
Porta quaſi & longas bivium diſcedat in oras.

vs. 1217. Forſan ſic:
Cum Pandionis tectum combureret aulæ
Attica &c.
Proditur, inque fugam propere cum vertitur exſul.
Niſi quis hoc modo malit:
Hæc dum Pandionis lectum componeret, aulæ,
Attica &c.
Proditur, inque fugam propere convertitur exſul.

vs. 1220. Vulgo
Subivit Eline.
Legitur etiam:
Has posthinc terras &c.

EDITOR.

vs. 1231. Ita ex conjectura.
Antea *vium.*

Quippe nivoſa poli qua cardine vertitur arctos,
Panditur Hyrcanis hinc janua: janua Perſis
Hinc patet, imbriferum qua vergit mundus in Auſtrum.
Ecce ſub immenſo portarum vertice Parthi
Rura tenent, curvi nequicquam vomeris uſu
Sollicitanda ſibi, non ollis cura laborque
Æquora terrarum gravibus componere raſtris.
Exercent ſemper ſævi ſe Martis in arma.
Sica comes lateri est, manus aut hastilia vibrat,
Demittunt pharetras humeris & letifer arcus
Semper inest lævæ, neque per compendia diras
Producunt animas; non puppibus æquora ſulcant;
Non proni gregibus pecoris fera vita juvatur.
Sed quatit alipedum ſola ſemper curſus equorum;
Pulſaque terra gemit: discurrunt crebra per auras
Spicula, misſilibus late ſubtexitur aër.
Quin impactus amor ſuperest ſi dicere Perſas,
Conſimilis ſolersque trahit te cura per orbem:
Has quoque Muſa tibi formabit carmine terras,

vs. 1236.
Curvi nequicquam vomeris uſus.
vs. 1237. Ita Pithœus, in editione Madrit:
Sollicitanda, cibi non ollis cura laborque.
vs. 1248. Ita ex conjectura. Antea:
* *Est ſi dicere Perſas*
Conſimilis, ſolersque trahit te &c.
Legi etiam posſet.
Quin etiam impactos amor est ſi discere Perſas, EDITOR.
Alii legunt
Quin impacatos amor est ſi &c.
vs. 1250 Ita in Edit: Madrit: & Venetâ. *Cardine* edit Pithœus.

Quæ liquidos amnes via ducat, quaque jugorum
Conſurgat vertex, quibus oris arva recumbant
Barbara, famoſum qui Perſam roboret uſus.
Quippe Aſianarum primi degunt regionum.
Vita opulens genti, gazas quoque terra miniſtrat
Omnibus & largum populis producitur ævum.
Dives in his mos est jam longi tempore ſæcli,
Ex quo Mæoniam bello trivere cruento.
Illidunt auro vestes & cuncta teguntur
Auro membra viris, auro vestigia condunt.
Tantus Perſarum diſſolvit pectora luxus.
Ipſa autem tellus incluſa est montibus altis,
Undique in auſtralem latus inclinatior axem,
Ac Boream longe, longe quoque Caſpia clauſtra
Deſerit atque Noti placida perfunditur aura.
Istius at ſpatiis finem dat Perſicus æſtus,
Incoliturque ſolum populis tribus. Una ſub Arcto
Pars agit, armigeris nimium contermina Medis:

vs. 1251. Iterum ex conjectura. In Editis,

Quæ liquidis amnis via debeat, ut quæ jugorum. Conſurgat.

& d.in:

Barbara Samoſum, qui Perſam robur & uſus.

Legi etiam potest.

Quæ liquidos amnes via devehat &c.

EDITOR.

vs. 1255. Vulgo

Miniſtrat,
Omnibus & largum populis &c.

vs. 1258. Forte:

Ex quo Mæoniam bello attrivere cruento.

SCHRADERUS.

vs. 1293. Alii *Illinunt*.

Altera per mediæ telluris terga vagatur:
Porro ad flabra Noti, pelagus prope, tertia degit,
Plurima præterea percurrunt flumina terram
Perſidis & rigidas curvant labentia ripas.
Arva ſecat Cyrus, perrumpit rura Choaſpes,
Indica provolvens procul æquora: cujus ad undam
Incola flaventem ſtudio ſectatur Achatem.
Nam cum brumali ceciderunt ſydere nimbi,
Imbribus & cœlo fuſis furit auctior amnis,
Hos lapides late flumen trahit: undique tellus
Circumvecta dehinc læti viret ubere campi,
Sed qua cœruleam ſinus infert Perſicus undam,
Gens Carmanorum late colit: hanc facis ortus
Urit Phœbeæ; tanto quoque funditur agro,
Ut ſimul & glauci contingat gurgitis æſtum,
Et procul internæ perreptet jugera terræ,
Hos ſuper & tellus tendit Gedroſia glebam
Oceani vicina fretis, & flumen ad Indum
Auroræque latus Scytha miti proximus auſtro
Adcolit: auſtralis certe Scytha dicitur ille,
Namque alii dura pulſantur deſuper Arcto,

vs. 1273. Dionyſio & Priſciano *Corus*, in editione Pithœi *Cyrus*. Vide Salmaſium in Exercitationibus Plinianis pag. 495.

vs. 1285. Ita ex conjectura: Vulgo, *Hos ſuper eſt tellus*: *tendit* &c.

vs. 1289. Legitur etiam á nonnullis. *Cruda pulſantur deſuper arcto.*

EDITOR.

Indus Caucaſiæ prærumpens rupis ab antro
Adverſum pelago Rubri procul æquoris amnem
Porrigit, inque Notum recto fluit agmine aquarum,
Ora dehinc Indo duo ſunt, mediumque per agrum
Inſula ſe vaſto fundit tergo Patalene.
Innumeras idem diſpeſcit flumine gentes,
Oritas, Aribasque & veloces Arachotas,
Et Sagam infidum & qui per inhoſpita late
Diſcreti populi, diſcreti finibus agri
Arva agitant, uno ſed nomine ſunt Arieni.
Hi quamquam ſteriles decurrant ſemper arenas,
Munera nec carpant Cerealia, nec nova prelo
Muſta premant, fulvo tamen invenere corallo
Pandere vivendi commercia, quærere pulchræ
Sapphiri latebras & præduros adamantas.
Calliope! Indorum populos & regna canamus.
Ultima terrarum tellus adſpergitur Indi
Fluctibus Oceani; primam coquit hanc radiis ſol,
Sol Hyperionius, Sol magni gratia mundi,
Aſtrorum genitor, lucis ſator & vigor æthræ.
Sed genti Indorum tæter color: efflua ſemper
His coma liventes imitatur crine Hyacinthos.

vs. 1290. Ab aliis legitur:
Prorumpens rupis ab antro.

EDITOR.

vs. 1296. Alii *Aralas*, male.
vs. 1297. Forſan: *Sacam infidum.*

Pars ſubit abrupti ſola ceſpitis, aurea ut illis
Terrarum in latebris excludant caute metalla:
Pars telas ſtatuunt & veſtimenta laborant
Lintea: pars Indi procurat ſegmina dentis,
Atque ebur invigilat: multi, qua flumina nimbis
Auget hiems, vaſtum & late trahit agmen aquarum
Albens & celſas evincunt æquora ripas,
Palantes obeunt beryllum, prona fluenta;
Quem procul internis a finibus aut adamanta
Detulerint: his glauca dehinc tornatur Iäſpis.
Nec minus & baccas alii prope marmora curvis
Excudunt conchis: pars rurſum divite cura
Herboſi lapidis venas fodit: hique rubore
Suffuſas blando quærunt campis amethyſtos.
Horum dives enim tellus eſt Indica ſemper,
Et tali ſcrupo ceſpes tumet: amnibus autem
Fertilis inriguis crebro prælambitur ora:
Extendunt celſi vaga late brachia luci,
Et vernat nemorum ſemper coma. Nunc tibi formam
Terrarum expediam, nunc carmine flumina fabor,

vs. 1317. Vulgo:
Vaſtum ut late trahat,
& mox:
Evincant æquora ripas,
Pallantes obeunt beryllum prona fluenta.
Nec procul internis a finibus &c.

vs. 1322. Pro
Alii prope marmora curvis.
Forte:
Alii per marmora curvis.
SCHRADERUS.

Nunc rigidos montes, nunc multæ denique gentis
Abſolvam populos. Latera agris undique in Indis
Quatuor eſſe tene: coëunt tot & anguli ab omni
Parte, ſibi obliquo claudentes extima terræ,
Ceu ſpecies rhombo eſt: Zephyri de partibus Indus
Gurgitis occurſu fit certæ terminus oræ:
Axe Noti Rubri late ſalis objacet unda:
Flumen item Ganges fit limes ceſpiti eöo;
Atque Lycaonia conſurgit Caucaſus Arcto.
Æquore qua fuſo laticem producitur Indus,
Dardanidum gens eſt: ubi magnus ſorbet Hydaſpes
Delapſum ſumma ſaxorum mole Aceſinen.
Tertius amnis item ſecat agri proxima Cophes:
In medioque Sabæ ſunt ceſpite: gens quoque Scodri
Propter agit, populique dehinc velut ordine facto
Hylleûm longas exercent vomere terras.
Gargaridæ rurſum, gens hæc obnoxia Baccho,
Et glebam ſulcant & ritibus orgia ludunt.
Hic Hypanis lateque trahens vaga terga Cymander,
Magnus uterque modi dimittitur, Hermodontis
Rupe procul fulvum provolvunt fluctibus aurum:

Vs. 1335. Forſan:
Obliqui claudentes extima terræ,
vs. 1340. Legitur ab aliis:
Atque Lycaoniæ conſurgit Caucaſus &c.

vs. 1347. Juxta Dionyſium, *Peucaneûm.*
vs. 1350. In Dionyſio *Megarſus.*
vs. 1351. Vulgo: *utrumque.*
Eodem: Vulgo *Hermodonatis.*

Nec minus hi campos intrant Gangitidis oræ,
Quæ per flabra Noti fuſo diſtenditur agro,
Usque in celſa jacens confinia Colidis arces.
Colis & ipſa dehinc cetoſi vergit in æquor
Oceani, tantoque jugo ſubit ætheris auras;
Arceat alituum ſubductâ ut rupe volatum.
Sed circum Gangem regio est devota Lyæo,
Perpetuique ſacri talis narratur origo.
Indorum in populos fatalia Liber agebat
Prœlia, vipereo late Bellona flagello
Increpat & magno tremuerunt regna pavore,
Inſiſtente Deo, venit ergo ad flumina Gangis,
Diſcurſuque ſacro præludit prœlia Liber.
Mænades extemplo maculoſæ nebridis uſum
Permutant clypeis, viridique hastilia thyrſo
Succedunt, ſolvunt properantes lintea Bacchæ
Vincula, viroſo pectus vinxere dracone;
Pro molli vitta prorepunt crine chelydri,
Excitoque ferox perſultat in agmine Mavors,
Dux aquilas in bella rapit, tremit Indica tellus
Preſſa pede & toto tonuerunt claſſica cœlo;

vs. 1356. Cum Salmaſio illud, & inſeruimus.

vs. 1368. Legitur etiam.
rorantis lintea Bacchi.

Imo
rorantis vitta Bacchi
Vincula, ſpiroſo &c.

SCHRADERUS.

Ergo & Nysſæos diſcit gens rite receſſus,
Et ſtata ſollicito deducunt orgia ritu.
Ipſe dehinc diros ut Liber perculit Indos,
Emodi victor conſcendit verticis arces,
Effuſamque ſalo gentem procul adſpicit omnem,
Ima jugi exſtantis veſtigia gurgite canent.
Oceani Eöi prætento denique Bacchus
Litore & extrema terrarum victor in ora
Ducit laurigeros poſt Indica bella triumphos,
Erigit & geminas telluris fine columnas,
Inviſitque dehinc Iſmeni fluminis undam.
Has tantum gentes commendat fama per orbem:
Vile aliæ vulgus, pecorum vice, terga pererrant
Ceſpitis abjecti: non his aut gloria forti
Parta manu eſt, aut clara decus peperere metalla
Terrarum venis: habitant ignota locorum
Semper inexpertes famæ: per inhoſpita degunt
Arva procul: nullis ſunt dignæ denique Muſis
At tu, Phœbe, pater, Vos clari turba, Camœnæ!
Nominis, Aönio famam inſpirate labori.

vs. 1373. Vulgo: *tenuerunt.*
vs. 1379. Forte: *ſumma.* Antea corrupte: *Jama juga exſtantis* &c.

F I N I S.

RUFI FESTI AVIENI

LOCA QUÆDAM

IN ADVERSARIIS

N: HEINSII

EMENDATA.

RUFI FESTI AVIENI

LOCA QUÆDAM

IN ADVERSARIIS

N: HEINSII

EMENDATA.

Avienus Deſcriptione Orbis vs. 288.

Nunc in dumoſæ ſurrepunt devia rupis.

Qui verſus etiam vulgo mendoſus circumfertur, Prudentius Hamartigenia, vers 798.

Squalentibus unum
Contenti ſpinis reptasſe per ardua ſaxa.

Verſu 337.

Hi celeri molles currunt pede ſemper arenas,
Nec tamen impresſæ linquunt vestigia plantæ.

Perperam illic editum *celeres molles.*

Verſu 383.

Hic inter denſas late ſurgentia nubes
Templa Sinopoeis Jovis adſtant nixa columnis
Divite ſaxorum circumvestita metallo
Auro fulta gravi.

Intrat mare terras, & viciſſim *terra intrat maria* Avieno deſcriptione Orbis Terrarum haud infrequenter. Tale illud vers: 400.

Terras
Intrat Atlantei vis gurgitis.

Perperam *Inſtat* edebatur. Sic & Rutilius Itin: non ſemel. Valerius Flaccus Libro 1.

Cum flens Siculos Oenotria fines
Perderet & mediis intrarent fluctibus undæ.

Sed quod præcipue ad rem facit Sidonius Apollinaris carmine primo.

Namque Dicarchææ translatus pulvis harenæ
Intratis ſolidatur aquis.

Verſu 1169.

Citus æquora Tigris
Prona rotans & ſaxa jugis avulſa ſupremis
Et totas late celeri trahit agmine ſilvas.

Lego

Saxa jugis avulſa ſuperbis

ita enim codex vetustus. Idem Avienus Ora Maritima vers: 322.

Post in occiduum diem
Sacrum ſuperbas erigit cautes jugum.

& verſu 494.

Juxta ſuperbum mons Acer caput exſerit.

Verſu . . . .

Mænades extemplo maculoſæ nebridis uſum
Permutant clipeis; viridique hastilia thyrſo
Succedunt: ſolvunt rorantis vitea Bacchi
Cingula; ſpiroſo pectus vinxere dracone.

Qui locus mendoſisſimus circumfertur.

Properantes lintea Bacchæ
Vincula viroſo.

forte etiam

Pectus ſtrinxere dracone

Tales apud Catullum Bacchæ

Tortis ſeſe ſerpentibus incingebant.

De Babylone verſu . . .

Stat maxima belli
Aula quoque argento: domus Indo dente niteſcit.

Quis dubitet, quin *Beli aula* huc ſit revocanda.

Vers: . . . .

Incola claris
Cor ſtudiis acuit vitam pius imbuit ordo.

Sic locus contaminatisſimus ſcribendus. Exſtat nunc ibi

Amplius imbuit ordo.

nimirum poſteriora *uit* in *acuit* neglexerat geminare ſupinus librarius.

Verſu. . . . .

Hic melliſluis Pallena ſub antris
Lichnitis rutilæ flammas alit: hic & jaſpis
Fulva micat ſtellis, quantum convexa per æthræ
Ignea perpetuis ardeſcunt ſidera flammis.

Ubi *melliſlua antra* quæ ſint non video. Forte

Cœliſugis Pallena ſub antris.

Ut *luciſuga* & ſimilia. vel *belliſugis*, quo victi Gigantes confugerunt.

Hæc HEINSIUS.

SEQUUNTUR

CAPUT XVI. LIBRI XXVIII.

CAPUT XVI. LIBRI XLVI.

CAPUT XIII. LIBRI XLIX.

ADVERSARIORUM

CASPARIS BARTHII,

In quibus RUFI FESTI AVIENI DESCRIPTIO ORBIS TERRÆ illuſtratur, emendatur.

Digitized by Google

LIBRI XXVIII.

CAPUT XVI.

ADVERSARIORUM

C. BARTHII.

Avieni Periegeſis laudatur & reſtituitur, Quattuor *geminato* t. *Quater*, *Quatuor correpta.* Procul ſe. *Argo Theſſala. Stupor freti ad primam navem. Claudianus leviter correctus. Currere arenam. Emollis. Saga.*

Luculentum & grande carmen eſt Avieni periegeſis ex Dionyſio deſcripta potius quam converſa. Dignum cum reliquis ejusdem Poëtæ ſubiiſſe cenſionem JOSEPHI SCALIGERI, quam eum heroëm literarum aliquando molitum, aut pollicitum certe, ex iis diſcimus, quæ Phædro ab ſe edito adjecit FRANCISCUS RAPHELENGIUS. Multa nos in his moliti quoque ſumus. In Periegeſi iſta notavimus hodie, ſine omni labore properantes, nec etiam Græcum auctorem inſpicere volentes.

Legitur in Editione Pythœana, ejuſque traduce Antverpianâ nuperâ.

At qua prius dies rutilo ſuſtollitur ortu.

Emacula:

At qua prima dies rutilo ſuſtollitur ortu.

Mox:

Innumeroſque ſinus cavat illabentibus undis.
Deſuper & multis: celebri ſub nomine tantum
Quattuor infuſo late ſale terga dehiſcunt.

Vitioſa ſcriptura atque diſtinctio. Tu corrige:

Innumeroſque ſinus cavat inlabentibus undis.
Deſuper: è multis celebri ſub nomine tantum
Quattuor infuſo late ſale terga dehiſcunt.

τὸ *Quattuor* ſolens gemino *t* ſcribo, contra quam Grammatistæ vulgo cenſeant. Solo enim uno exaratum dubium non facit quin corripi debeat. *Quater* etenim & inde ducta idem faciunt, ipſumque *Quatuor* brevi primâ uſurpatur ab ENNIO, cujus in talibus utpote primi fere Latinorum, ſummam eſſe decet auctoritatem. Porro de fundamine hujus noſtræ conjecturæ conſulendus est DIONYSIUS. Acutiſſimum est, quod nunc ſubjiciam:

— — — — — *hincque procul ſe*
Inclinat rupes ſeſe — — — — —

Procul ſe, cacumine maxime edito & præcelſo, remotoque ingenti ſpatio a pede ſeu imis locis. Hoc dignum acumine maximo Pœtâ, qualia hîc non pauca habet. Et explicandum fuit, ne quis mutet forte.

Dein:

Ac procumbentis ſola propter pinguia Sexti.

Legendum:

Ac procumbentis ſola propter pinguia Phæſti.

Dionyſius:

.. Πάρθ' ἱερὴν Γορτύνα καὶ ἠπειρώτιδα Φαῖστον.

Porro:

Huic mirante ſalo quondam ſeſe intulit agro
Theſſala & innantem ſtupuerunt æquora cymbam.

Manifestisſimum mendum.

Huic mirante ſalo quondam ſeſe intulit ARGO
Theſſala &c.

Argo navis Theſſalum Jaſonem vehens, in Theſſalicis montibus cæſa. De *ſtupore freti* ſimiliter locutus Valerius Flaccus.

Et freta, quæ fuerant noſtris incognita ſæclis
Ad ſubitam ſtupuere ratem.

Et noſter Claudianus.

— — — — — — Stupuere ſuperbæ
Arte viri domitæ Symplegades.

Ubi ſane *ſuperbâ* reſcribendum. *Ars ſuperba* quæ contemtâ mortalitate ſuâ cum mari humanum genus compoſuit. De Blemyis Avienus.

Hi celeres molles currunt pede ſemper arenas
Nec tamen impresſæ linquunt veſtigia plantæ.

Mirum in manibus potius quam pedibus currerint. Sed Epitheton pedum ab altero paullo elegantiore & ob hoc corruptiore deglutitum est. Emenda:

Hi celeri emolles currunt pede ſemper arenas.

Arenas currere est Virgilianum

— — — — — rate currimus æquor.

Cum ejusdem imitatione, qui *edurum* pro valde duro, vel Junio Pilarguro teste uſurpavit in Georgicis, *emolles arenas* erudite appellavit Avienus, Talia multa hic præſtantisſimus Poëta; ſepultà fere inſcitia librariorum & typographorum. Horum numero accenſeas licet, quod ultimum huic capiti dabo:

Præcinctique ſatis ſemper pictis Agathyrſi.

Lege:

Præcinctique ſagis &c.

Habilia enim ad pugnam veſtimenta. Sed hoc Antverpienſem Typographum mutaſſe jam video. *Emollis* exſtat apud Rad. Ardentium Sermone in Dominic. I. poſt Trinit:

Etſi enim quandoque ſplendidius & emollius cœnandum eſt vel propter infirmitatem: hoc tamen quotidie facere grande vitium eſt.

CAPUT XVI.
LIBRI XLVI.
ADVERSARIORUM
C. BARTHII.

De AVIENO. *Hoc Omne. Afflatus Poëticus. Enthei Vates. Helicon, Spiritus Sanctus, Verus Apollo. Poëſis divina. Aſſiduus. Perpetuus. Appuleji mendacium. Ceſpes. Acciſus. Rotundus homo. Atlas, Oceanus Atlanticus. Inſerere. Moles. Quia uniſyllabum Stupere. Notæ ad* AVIENUM.

Multa non tam bona quam optima vel & optimis

meliora nobis ſuppeditant Poëmata RUFI AVIENI, ſcriptoris luculentisſimi, Poëtæ vero adeo excellenti ſpiritu, ut nonnumquam ſe ipſum vix videatur capere. Spero me operæ pretium factu‑rum, ſi in tanto auctore quædam obtulero lectori facilius intelligenda meâ operâ quam fortasſis prætervolans alioquin, quilibet faceret. In translatione Dionyſii ſeïpſum tantus auctor ſæpius quam auctorem ſuum ſequitur. Alludit vero Græcum titulum περιήγησις cum ſcribit initio ejus Poëmatis.

Qua priſcis inclyta muris
Oppida nituntur, genus hoc procul omne animantum
Qua colit, Aonii peraget ſtilus impiger oris.

Peragere enim dicit curſim percurrere; non immorando aut exactisſime omnia ſcrutando. *Hoc omne* τὸ πᾶν —— τὴν οἰκουμένην intelligit, quæ quidem ipſis nota erat. Tam fatui enim fuerunt & Nautæ & Geographi veteres Romani, & Græci, ut nec ſuſpicari potuerint etiam in iis oris, quas majores ipſorum numquam attigerant, habitabilem terram ſupereſſe.

Deus en, Deus intrat Apollo
Pectora &c.

Afflatum ſeſe numine ad opus decantandum ſimulat, ut omnes magni oris vatis videri volunt. Orpheus in Argonauticis poëmate eo ad umbicnlum adducto abſcedere a ſe Phœbum fatetur.

Νῦν δ' ἐπεὶ ἀεξίφοιτες ἀπέπτατο δήϊος οἶστρος.

Claudianus bello Getico.

Quis muſis ipſoque llcet Pæane recepto
Enarrare queat ———

Papinius XII Thebaide:

Vix novus iſta furor rediensque impleſſet Apollo

Unde tum primum enthei dicebantur cum illud numen recepisſent pectore; quæ vox ſæpe eidem Papinio in ore est. Lucianus περὶ θυσιῶν. Παρακαλέσαντες τὰς Μούσας συναδοὺς ἐν ἀρχῆ τῶν ἐπῶν, ὑφ' ὧν δὴ ἔνθεοι γενομενοι ὡς τὸ εἰκὸς ἄδουσιν. Unde dė ſeſe idem Avienus noster in Phænomenis.

——— *Totis Helicon ſe inſpirat ab Antris.*

Helicon enim idem numen quod Phœbus Nemeſianus Cynegetico.

——— *Ingenteis Helicon jubet ire per agros.*

Et Avienus idem ſuum hemistichium repetens infra hoc Poemate.

Incute doctam

Phœbe Chelyn, totis Helicon aſpirat ab Antris.

Neque minus Chriſtiani Poëtæ & alii Sancti ſpiritum ſanctum concipere ſeſe pectoribus dicunt egregium aliquid & cæteris illuſtrius prolaturi. Sulpicius Severus in vita B. Martini. Cum Martinus flens & ejulans accurrit, tum vero Sanctum Spiritum tota mente concipiens egredi cellulam in qua corpus jacebat ceteros jubet GREGORIUS NASIANZENUS.

ὥσπερ ἅπαντες

Τέρπονται κατὰ θυμὸν ὅλῃ θεότητι μιγέντες.

Eos autem Spiritus qui vatum pectora ſubibant non alios quam malos Dæmônas fuiſſe autumat CYPRIANUS de Vanit. Idol. Cap. IV. *Hi ergo Spiritus ſub ſtatuis atquè imaginibus conſecratis deliteſcunt, hi afflatu ſuo vatum pectora inſpirant, extorum fibras animant.* Sed ille de ariolis futurorumque conjectoribus loquitur; conſtat enim & ſacrorum Patrum traditionibus Poëſin non abſcœnam non obſcuram, ſed ſanctam & ſapientem Dei operationem eſſe.

Oceani nam terra ſalo præcingitur omnis

Parva ut cæruleo caput effert inſula ponto

Nec tamen extremo teres eſt ſinus undique in orbem
Qua colitur populis qua tellus paret aratro

Manifeſtum eſt ſcripſiſſe Avienum.

—— *Teres eſt ſinus undique in orbe.*

Quod tamen longe elegantius extulit alioquin immane quantum hoc inferior Poëta & Paraphraſtes Priſcianus ut ego appellandum puto Fannius.

Nontamen adſiduo teres undique margine circum
Clauditur hæc bifido ſed brachia littore pandens &c.

Ut enim *adſiduus* dicitur in re quapiam qui non interrumpit ejus tractationem ſed uno protelo a capite ad calcem eam pertexit, ita non eſſe uno continuo margine prætextum dicit oceanum.

Plane elegantiſſime hoc Priſcianus & in ſimplici illo Poëmate ſunt alia talia minime ſpernenda, etſi aliud concilium ei Poëtæ fuit, ſtringere nimirum & paucis multa dicere, quam Avieno, qui luxuriari in alieno opere ſuo faciundo voluit. Sic *adſidui* voce uſus eſt Auctor carminis eruditi de laudibus Domini a G. FABRICIO olim editus.

Jam freta ne nullis agerentur inhoſpita terris
Adſiduumque alacer numeraret navita portum
Crebra ſatis tumido defigitur inſula ponto.

Hoc eſt; ne prorſus humanis cultibus inhoſpita eſſent freta, & ut aſſiduum hoc eſt: frequentem crebrum, velut perpetuum portum nauta ſciret ubique non deeſſe ſuis laboribus, fixit inſulas in Ponto Creator Opt: Maximus.

Neque aliter perpetuum dicitur quod non eſt interruptum, continuum VIRGILIUS.

Veſcitur Aeneas ſimul & Trojana Juventus
Perpetui tergo bovis & luſtralibus extis.

Et Appulejus proprietatis latinæ amator eximius, (qui ſplendide mentitus eſt in prooemio ſui operis de ea lingua ærumnoſe a ſe perceptâ, & difficulter ſcribenda, cum affectat ſemipoeticum dictionis genus, & fabulam ipſa ſtili novitate commendare voluerit.) Sempiternam viciniam amnis diſcit Lib. I. Metamorphos: *Ubi defletum pro tempore comitem miſellum arenoſa humo in amnis vicinia ſempiterna contexi.* Nec enim vel alia lectione velistius alia interpretatione nobis opus eſt. *Ceſpes* Avieno terram per integrum poëma hoc notat.

Acciſi curvantur ceſpitis arva.

Infra

Ubi lætam
Ceſpite ſub vili pandit Pamphylia glebam.

Acciſum autem ceſpitem dicit quia videtur illi deeſſe aliquid quo minus perfectam formam, hoc est: rotunditatem perpetuam asſecutus ſit. Rotunda enim forma cæli eam perfectisſimam perſuaſit omnibus, & quidquid illi deest, dicitur acciſum. Sic Rotundum hominem pro puero omnium exquiſitisſimè formoſo legimus apud Martialem, Istos non pueros ſed uniones. Ad quem verſum plura in ſuperioribus libris. Atque eodem pacto & Horatius. Radulfus Ardens Dominica 23 post trinitatem. *Anima quoque est ad ſimilitudinem Dei creata nomine ſuo inſcripta, ut a bono bona. Rotunda, id est, perfecta; creata videlicet ſine fractura vitii & ſine flexura peccati.* Auſonius de Viro Bono.

Quid proceres, vanique feret quid opinio Vulgi
Securus, mundi inſtar habens teres atque rotundus.

Et Rotunditatem Divis ſimillimam forman eam Manilius Lib: I.

Quod Globus obliquos totus non accipit orbis.
Hæc aeterna manet, divisque ſimillima forma,
Cui neque principium est usquam nec finis in ipſo
Sed ſimilis toto remanet, perque omnia par est.

Athlas arduus non montem; ſed Oceanum a mon-

te nominatum, nimirum Atlanticum deſignat, 5, 70.

Qua ſe ſalis inſinuat vis
Terrarumque cavis illabitur arduus Athlas.

Et Ita Dionyſius.

Πάντη δ' ἀκαμάτου φέρεται ῥόος ὠκεανοῖο
Εἷς μὲν ἐὼν πολλῇσι δ' ἐπωνυμίῃσιν ἀγηρῶς:
Ἤτοι ὁ μὲν λοχροῖο παρ' εσχατίην Ζεφύροιο
Ἄτλας ἑσπέριος κικλήσκεται.

Verſu 21 Legendum exiſtimem.

Libyæ ſeque explicat ora.

Non enim citra conjunctionis adminiculum cohærent alioquin quæ de uno mari dicuntur. Glebam terram & jam ſæpius, ſive & regionem, inferius nuncupat. Procul ambas, ambabus valere existimo.

Et procul ambas
Una Aſia inclinans gemino ſe cornibus urget
Deſuper, ac rupti divortia coninet orbis

Quamquam hæream an ſatis commoda ſit hæc interpretatio, videaturque ordo rei omnino aliam exposcere, Pulcerrime de amne.

Hic ſe Sarmaticis evolvens finibus. ——

Est enim inſtar ſerpentis qui volvere ſeſe dicitur, & agmen aliud alii ſubjiciat. Sic infra.

Efflua post Siculi moles evolvitur alti
Inque Notum late vada ponti cærula ſerpunt.

Inſerere etiam venusta translatione vi & vi conveniente ſeſe intrudere:

—— Procul hinc Mæotida Thetyn
Intrat, & inſerto vada pellit vasta fluento.

Et paulo inferius.

—— Tellus ſeſe altera in Auſtrum
Porrigit, inſertoque ſinus interjacit agro:

Pariter Claudianus Lib: II. de Raptu Proſerpinæ.

Nuntia materno facies inſerta ſopori.

Erat quidem congrua, ſed tamen peregrina. Et ita elegantisſime uſurpatur idem & ab aliis. Appulejus Lib. 7. *Sumta veſte muliebri & florida in ſinus flaccidos abundante, mitellaque textili contecto capite calceis fæmineis albis illis & tenuibus indutus, & in ſequiorem ſexum inſertus per medias acies infeſti militis abii.* Sic Avienus noster & aliis locis. vs. 104.

Et primum ruptas ſe pontus Ibericus illic
Inſerit in terras ——

Verſ. CXLIV.

Nam qua cæruleis pontus ſeſe inſerit undis
Illyris in dextris pandit regionibus agros.

Molem etiam maris ingentem immenſamque vim aquarum ſcite dicit ut apud Maronem.

——— *Præruptus aquæ mons*
——— *Totum hoc circumlatrat æſtus*
Et maris infesti moles ligat ———

Verſu CXXIII.

Sardiniamque dehinc moles circumflua cingit
Æquoris. ....

Verſu CLVI.

Siculi moles evolvitur alti.

Verſu CCXXXIII.

Quamvis vasta ſali moles interfluit arceis.

Verſu LII.

Qua ſe blanda ſatis intendunt flabra Favoni.

Miror cur λοκροῖο reddiderit *blanda ſatis*, non est enim λοκρὸς blandus, ſed λοκρικὸς a populo, non aliter quam Ισμαρικὸς ὁ Βορρᾶς ut notat Euſtathius in ſuo commentario: *Lycaonia fax* urſæ ſidus ſignificat. Naturam reï pro re ipſamet alibi jam in-

terpretati ſumus. Nemo intelligit aut ordinem loquendi videt in his verſibus:

Mortuus hic Grajo perhibetur gurges in uſu,
Denique, quam lento ſtupeat plaga ſalſa profundo,
Vel quam ſole carens pars orbis tetra rigeſcat.

Et nihil mirum cum mendum unum in duobus postremis verſibus omnia perturbet. Legendum etenim.

Denique quia lento — *Et* — *Vel quia Sole.*

In Dionyſio est ἕνεκα quod expreſſit Avienus, & Priscianus.

Mortuus est aliis, minimo quod lumine Solis
Perſruitur, tarde radios nam ſuſcipit ortus.

Fefellit autem Librarios, *quia* unâ ſyllabâ poſitum in medio verſu. At ita politisſimus auctor Terentianus non uno loco, ut notamus ſuperioribus libris & pariter Corippum emendamus. *Stupere* autem elegantisſime dicitur quicquid minus vigoris habet, humoque velut affixum deſidet. Sic torpedinem pigerrimum & alios pigros faciens animal ἄφρονα vocat Oppianus Alieuticorum Libro II. verſu LXVII. Hilarius in Geneſi:

Post tenebras ſtupido ſpectarunt lumina cœlo.

Claudianus.

Acies ſtupet igne metalli

Et circumfuſo trepidans obtunditur auro.

Et ſic *obtutus ſtupidus* apud Juvencum Lib. IV. Hiſtoriæ Euangelicæ. Talium immenſa est vis apud Avienum, est enim Poëta admodum generoſus & ſplendidus, quod in rebus tot difficultatibus nominum impeditis & inſuper alieni operis interpres, mirifice demonſtravit. Utinam vero exſtarent quæ magis capacia tanti ingenii idem ſcriptor edidit. Cujus voti cum nulla ſpes ſuperſit, eo cariores nobis jure ſunt reliquiæ eæ, quas fati non invidit ſcævitas. Miſeremur vero ſimul alterius generis hominum judicio, qui fabulas AVIANI nomine proſtantes huic nobilisſimo Poëtæ viroque adſcribere voluerunt; cum ad hujus ſpiritum & nervoſisſimam dictionem collatæ eæ fabulæ ſint vix trama figuræ.

Sequitur.

CAPUT XIII.

LIBRI XLIX.

ADVERSARIORUM

C. BARTHII.

Avieni Periegeſis multoties emendata & explicata. Caſſæ Arenæ. Solum. Se ſuper. Pomponius Mela emendatur. Cinctus Oceani, Ceſpes. Turgeſcere, Altum, ſubducere. Procul ſe. ſerpere. Verſus ſono rem exprimentes. Pubes. Leucopetra. Ærea columna, Purpura Corſica. Emergere ſe. Corn: Nepos emendatur. Moles Belli. Syllabæ locorum neglectæ. Phæſtus. Est. Inſerere ſe. Protexere. Avieni commendatio uberior. — — — — — — —

Quo magis lego veteres Poëtas eo eos minus intelligi vulgo condoleo, tam illi boni ſunt condi bo-

narum rerum. Avienum his merito ſuo accenſeo, adeo uber eſt doctrinæ, nec ego fere quicquam in eo lego, quin eruditior abſcedam.

Quid vero vetat quotidie eruditiorem fieri, etiam in talibus? an quod hominibus ærugini deditis inde cor dolet? Enimvero pulchra deſiſtendi cauſa. Potior tamen diſcendi, ut quicquid de gentilium libris haurire poſſumus myſteriis mox divinis decinendis uſurpemus, & noſtrum uſu faciamus, quæ quidem cauſa eſt noſtrorum ſtudiorum, hominis primo officio debita. Nunc vero Avieno officium rependamus ſuum & eum vicisſim, ut emendatior & illuſtrior fiat, adjuvemus.

Verſu 68 Periegeſeos mendoſa & male diſtincta apud vulgatos Codices verba ſic in ordinem redigenda ſunt:

—— Freta dicunt Indica: ponti
Propter Erythræi tenduntur dorſa profundi,
Æthiopumque ſalum diffunditur: hic Notus æthram
Urit & hic æſtu radiorum, Phœbus, anhelo
Arva coquit. — — — — — — —

Casſæ arenæ elegantisſime ſunt ſteriles, ut *casſa nux* dicitur, cui nucleus nemo ineſt & propter talia amandus hic Poëta, vers: 72.

Sterilis regio est & inhoſpita late
Aret humus, caſſæque ſolo torrentur arenæ.

Solum, terra frugifera, cujus nihil ineſſe caſſis illis arenis dictitat. Porro ita diſtinguenda ſunt quæ ibidem ſequuntur:

Oceanus ſic cuncta vago complectitur æſtu,
Undique ſic unus terras interminus ambit,
Innumerosque ſinus cavat inlabentibus undis
Deſuper: e multis celebri ſub nomine tantum
Quattuor, infuſo late ſale terga dehiſcunt.

Quæ etiam vitioſe vulgo concepta circumferuntur. Illud autem etiam *deſuper* nequaquam mihi ſufficit; Etſi enim talia non raro loquatur hic grandis & doctus ſcriptor, non tamen video quomodo in ſinus illos Oceanus *deſuper* ſeſe invergere dicatur. Scribendum aliquando argutabar: *ſe ſuper*. Qualia non pauca latent in hoc & aliis Poëtis, ingenio non libris indaganda, quoniam vix ullus tam acutus librarius fuerit, quin corruperit ea.

Deinceps:

Primus in orbe ſinus vaſti maris æquora cingit,
Gurgitis Heſperii procul hic protentus in oras
Faucibus a Libycis æſtum trahit — — — —

Apage ſinum cingere mare; quis enim ſanus & prudens ita loquatur?

Scribe.

Primus in orbe ſinus vasti maris æquora gignit,

Quod ex auctore Dionyſio est, verſu 45.

Ἤτοι μὲν πρώτιστος ὃς ἑσπερίην ἅλα τίκτει
Συρόμενος Λιβύηθεν ἔσω Παμφυλίδος αἴης.

Pariter peccatum apud Pomponium Melam Libro 3. Cap. 1., alibi emendavimus: nam illic corrupte legitur: *Dicta est Ora maris nostri, dictæ inſulæ quas amplectitur: Restat ille circuitus, quem, ut initio diximus, cingit Oceanus.* Inepte. Non enim circuitum, illum quem cingit Oceanus, ſed quem facit & gignit, loquitur Pomponius, ſic enim pergit: *Ingens & infinitum pelagus, & magnis æſtibus concitum* &c. —— Terram enim cingit Oceanus, circuitum vero illum facit. De cinctu illo Theon in Aratum. ὠκεανὸς δὲ ἡ ἐκτὸς καὶ μεγάλη θάλασσα καλεῖται, παρ' ὅσον ὠκέως ῥεῖ, κύκλῳ δὲ τὴν καθ' ἡμᾶς περίκειται οἰκουμένην. Ubi vides inde nomen Oceano derivatum. *Ceſpes*, ſolum, terram, humum, notat Avieno ut & alibi diximus. Sic verſu 82.

Ceſpite ſub pingui pandit Pamphylia glebam.

Verſu 145.

Ceſpitis & gemini tellus irrumpitur alto.

& 148.

— — — — — *Hic longo ceſpite tellus*
Funditur — — — — — — — —

Studet enim hic Poëta ſui quam maxime ubique ſimilis esſe. Quem ſane ego in hac materia ingenium ſuum ſatis demonſtrasſe exiſtimo:

Verſu 82.

Alter item est primo brevior, majorque duobus,
Hic prolapſus aquas Boreali ſuſus ab alto
Terga procelloſo turgeſcit Caſpia fluctu.

Scribendum exiſtimo.

Hic prolapſus aquis &c.

Sic enim alibi; & res ipſa poſcit, ut verſu 139.

Hinc ſe rurſus aquis Adriatica marmora fundunt.

Notandum autem τὸ *turgeſcit*, turgere facit, inflat, deſignare. *Altum*, abſolute mare denotat, ut vs. 127.

Obliquumque quatit gurges protentior altum.

Pulcherrime dictum est, vs: 99.

Ultimâ proceras ſubducit in aſtra columnas.

Quaſi eximit rebus conſpicabilibus. Simili imo & majori eruditione dixit verſu 130.

——— ——— Hicque procul ſe
Inclinat rupes ſeſe ——— ———

Velut procul ab ſeſe ipſâ recedat rupes, deſeratque velut a naturâ inſtitutum ſuum corpus, longe ab illo recedendo. Quod cum fieri non poſſit, poſſit autem a Poëta commode fingi velut fiat, & oculis quodammodo, ſed perſpicacibus, repræſentari; mirifice delectat legentem, & ingenium ſcriptoris egregie commendat, velut ſuperans ipſam naturam artificio fingendi. *Irrepere ſalum* ubi dicit, tranquillitatem ejus pelagi ſignificat: verſu 105.

Mediis infunditur oris
Inrepitque ſalum: ſcopuli ſtant ardui utrimque.

Pariter verſu 142.

Alta petunt rauco penitus repentia fluctu.

Dionyſius ἕρπει dixit, verſu 93.

αὖθις δὲ πρὸς ἑσπέριον ῥόον ἕρπει.

Serpere majori etiam venuſtate Avienus noſter alibi: ut verſu 157.

Inque Notum late vada ponti cærula ſerpunt.

Quod elegantisſime porro verſu 160 exponit, vel ut viando feſſum flūctum depingens:

——— ——— ——— Languida quippe

Æquore jam feſſo ſeſe trahit unda — — —

Quo nihil etiam commodius dici poteſt. Serpere autem majore ideo gratiâ dicitur, quoniam ſonum quodammodo exprimit aquæ. Ut apud Claudianum noſtrum de raptu Proſerpinæ.

Et tremulum bibulis inſerpere murmur arenis.

Quo verſu nihil artificioſius aut ingenioſius fingi poteſt. *Pubes*, gentem integram, populum deſignat.

Verſu 115.

Auſonis hæc regio eſt, pubi genus ab Jove ſummo.

Pariter, ſui ſemper ſimilis, & enarrator verſu 148.

——— Variâ populorum pube domantur

Arva ſoli ——— ——— ——— ———

Sequitur:

Qua ſe flabra trucis Boreæ per inhoſpita terræ
Eructant cœlo: populis caput ænea clarum
Alba, dehinc cautes eſt terminus: hæc freta propter
Trinacriæ ſummo conſurgit littoris ora.

Alba cautes ænea eſt Leucopetra, quare diſtinctio hic peccavit. Dionyſius:

> Ἀρξάμενοι βορέηθεν ἔσω λευκὴν ἐπὶ πέτρην
> Ἠρά τε Σικελίης ἐπὶ πορθμίδος ἐρρίζωται.

Videtur autem æneam cum Leucopetra confundere Avienus. De æneâ ſupra verſu 67. Dionyſius.

> Ἧχι τε καὶ χάλκειος ἐς οὐρανὸν ἔδραμε κίων.

Leucopetra autem nomen loci eſt, quod retinendum etiam interpreti arbitrer, nam Græcus auctor facilius quid dicat, agnoſcitur, cum ſervat nomen, licet divulſum. Id fecit prudenter Priſcianus.

> *Ad petram Leucen Aquilonis ab axe reductis.*

Neglexit autem Andreas Papius cum Avieno. Avienus cur æneam petram huc reduxerit, quam tot verſibus ante Dionyſius nominavit, mihi non liquere ajo.

Pulchrum iſtud verſ: 121.

> *Inſula qua Cyrnus fluctu madet alludente*
> *Littoris oſtriferi protendens latius undam.*

Innuit enim ad littus ejus inſulæ minime altum aut profundum pelagus eſſe, quod docte circumloquitur. Illud alludere eſt Catullianum, cujus

poëma in nuptias Peleï incomparabile est Latinarum Gratiarum monumentum.

Omnia quæ toto delapſa e corpore paſſim
Ipſius ante pedes fluctus Salis alludebant.

De purpura Corſica alibi ſcripſimus. *Emergere ſe*, elegantius dixit quam ſi τὸ ſe non addidisſet: verſu 126.

Qua lux ſe rurſus Eoa
Emergit pelago, Siculi maris æſtuat unda.

Cornelius Nepos in Attico: *quibus ex malis ut ſe emerſerat, nihil aliud egit, quam ut quamplurimis* (ſic enim ſcribendum) *quibus rebus posſet, esſet auxilio.* Sic aliis etiam utitur Avienus, ut verſu 116.

Qua ſe flabra trucis Boreæ per inhoſpita terræ
Eructant pelago.

Et alia. *Molem* belli cum dixit Silius Italicus, erudite fluctus ponti immenſos alluſit, qui alii alios prementes veram molem inferunt. Sic enim docte Avienus:

Sardiniamque dehinc moles circumflua cingit
Æquoris & cano ſpumant freta concita fluctu.

In ſyllabis locorum obſervavi ſingularem esſe

hunc ſcriptorem. Sic *Pachynum* correptâ mediâ dixit, cum aliter cæteri.

Verſu 129.

Uſque in ſaxoſi Pachyni juga — — —

Sic in Abydo contra omnes. Verſu 692.

Seſtus ubi atque Abydus parvo ſale discernuntur.

Sic *Salamin* mediâ productâ poſuit. verſu 678.

Fertilis Æginæ tellus & opima Salamis.

Sic *Ebuſum* pariter: verſu 620.

Ac dilecta vago pectori conſurgit Ebuſus.

Quæ caute imitanda judicem vel penitus non; non enim tanta ſit auctoritas hujus Poëtæ, ut cum eo peccans notari malim, quam cum aliis etiam præſtantioribus, culpâ omni carere. Enarravimus ſupra, quod verſu 130. egregie dixit.

—— —— —— *Hicque procul ſe*
Inclinat rupes ſeſe — — — — —

Hoc eſt procul a pede ſuo procurrit in pontum & propendet. Dionyſius etiam divine hoc extulit.

—— —— ἥτ' εἰς ἅλα πουλὺ νένευκε.

Verſu 133. mendum eſt, quod jam alibi me indicasſe exiſtimo.

Ac procumbentis ſola propter pinguia Sexti.

Scribendum est *Phæſti.* Dionyſius . . ἠπειρώτιδα φαιστον vocat verſu 88. Priscianus verſu 92.

Qua Gortyna potens, mediis qua Phæſtus in arvis.

Verſu 135.

—— —— —— —— ut ſerus ora
Est aries —— —— —— ——

Est ora ut aries ſimilem faciem arietinæ præfert. Notum κριου μετωπον quod aliquoties, Græco ſuo vocabulo ſervavit Priscianus. *Est*, viſitur, ut ſupra verſu 125.

Hinc Tyrrhena ſali ſunt agmina.

Quæ viſa facilia ac levia, in Poëtis omnino tamen enarranda ſunt, quod qui negat, nequaquam ſcit quid tali interpreti conveniat. Inſerere ſe pontum in terras ait, ubi videbatur aliquando fuiſſe continens humus. Verſu 104.

—— —— Se pontus Ibericus illic
Inſerit in terras — — — — — —

Verſu 144.

Nam qua cœruleis pontus ſeſe inſerit undis
Illyris in dextris pandit regionibus agros.

Prætexere eſt leviter prædacere. Quoniam nihil firmum, ſi proprie loquamur, de textrina, pleraque autem viſui pervia, veniunt. Sic de unda non admodum alta Avienus noſter verſu 163.

— — — — Tenui prætexens ima fluento.

Sic Claudianus de ſcelerato ſuo Rufino:

Noverat & blando fraudem prætexere riſu.

Prætexi itaque ea ratione dicuntur, quibus fallere quem quis posſit. Ut Auſonius Protreptico Nepotis.

Quod multa ſupellex
Virgea; quod fallax ſcuticam prætexat aluta.

Non enim juvat quin puero ſcutica male fiat, prætexa in ſpeciem alutâ. Gaudentius Brixienſis Tractatu 1. *Sed ipſi dies noſtri quibusdam nebulis prætexuntur & non habent ſerenitatis lætitiam, dicente profectâ: dies mei ſicut umbra, declinaverunt.* Virgilius Æneïde IV.

Nec jam furtivum Dido meditatur amorem.
Conjugium vocat, hoc prætexit nomine culpam.

Hinc elegantisſime Hericus Altisſiodorenſis prædonem habitu mendici prodeuntem, prætextum paupere, latronem dixit Lib. IV.

Addit ſe comitem perverſo pectore quidam
Nudus adusque pedes: pepulit miſeratio cunctos,
Jungitur hoſpitio prætextus paupere prædo.

Talia infinita ſunt apud luculentum ſcriptorem & minime vulgaris ingenii Avienum notanda. Eo perſequenda a nobis & hic & alibi diligentius, quo intactior is auctor vulgo. Pauci enim ſunt etiam has litteras docti qui eum vel legerunt vel etiam ubi ſit editus, norunt; quod ſane mihi talibus converſanti, experiri contigit; qui Antiquitatis quosdam ſuâ ipſorum tamen opinione ſolummodo, conſultisſimos incidi, quibus etiam de nomine non erat ſatis cognitus; & ideo inter quisquilias neſcio cujus ipſorum Latinitatis habitus. At ſecus viri inſignes & nihil non ſcire cupidi eâque laude poſteris commendabiles: quorum etiam princeps JOSEPHUS SCALIGER enarrandum ſibi & junctim ſuis ſibi commentariis edendum hunc Poëtam destinavit aliquando. In cujus nos aliquando vacuum locum, imparisſimi licet veniemus, cui dolet certe tantum ſcriptorem non peculiari aliquâ editione integrum exſtare; ſed adhærere aliis inſtar interpretis, aut Collectanea explentis. Certe aliud meretur tanta Poëſis.

Haec in BARTHII adverſariis AVIENUM nostrum ſpectantia obvia inveniuntur.

Sequuntur nonnulla a Clariſſimo Salmaſio in Exercitationibus Plinianis in Avienum adnotata. *In paginis citandis ſecutus ſum Editionem, quæ lucem vidit Trajecti ad Rhenum, anno ſæculi præcedentis octogeſimo nono.*

Pagina CCCXLII.

Avienus locum Dionyſii ſic reddidit: de ſinu Arabico.

Et tamen Eoös paulum inclinatur ad axes
Usque in belligeri confinia flexus Elani.

Ita ſcribendum. Nam vulgo male excuditur, *Hanali.* Sequitur apud Dionyſium.

Κεῖθεν δ' ὀλβίστων Ἀράβων παραπέπταται αἶα.

Hinc, ab intimo ſcilicet Arabici ſinus, expanditur per totum ſinum Arabia felix. Nec enim ambigendum, quin per ὀλβίστους Ἄραβας intelligat Arabiæ divitis ac beatæ populos. Et recte Priſcianus vertit:

Dives Arabs post quos latiſſima poſſidet arva.

Nam & illorum Arabum regionem ſinu Arabico & Perſico cingi ibidem ſcribit Dionyſius & rubro mari ad meridiem allui. Quem ſitum Arabiæ Eudæmonis eſſe tradunt veteres. AVIENUS vero, in eadem illa deſcriptione, quam ex Græco Dionyſii tranſtulit, Arabiam, quæ post Elana ſequitur, quæque inter Arabicum & Perſicum ſinum porrigitur, diverſam ſtatuit ab Eudæmone, quam ad Rubrum Mare conſtituit, prorſus contra Græci poëtæ mentem & omnium Geographorum auctoritatem. Sic enim vertit:

Hinc tellus Arabum producit ceſpite campos,
Et latera ab gemino ſale tingitur, abluit æſtus
Perſicus hanc, Arabumque ſinus rigat æquore terram.

Non ſimpliciter Ἀῤῥάβων γαῖαν inter illos duos ſinus includi Græcus auctor dicit, ſed ὀλβίϛων Ἀῤῥάβων, *id est*, Arabiam felicem. Sequitur apud AVIENUM:

Pars alia in primos, qua ſemet porrigit, ortus,
Et notus inſurgit cum nubifer, æquore rubri
Tangitur Oceani, felici terra recumbit
Tota ſolo.

Arabiam Eudæmonem ad mare rubrum recumbere dicit, & aliam facit ab eâ, quæ inter Arabicum

ſinum & Perſicum ſeſe extendit, manifeſto errore: quem tamen hauſiſſe videtur ex Plinii verbis male intellectis. Cum enim ſcribat ille *Arabiam a Peluſio pertinere ad rubrum mare & odoriferam illam ac beatam*, putavit Avienus rubrum mare ſic accipi debere, ut vulgo Græcis, ac Latinis plerisque ſumebatur pro illa parte maris, vel Oceani meridionalis, ex quo duo ſupradicti ſinus funduntur, Arabicus & Perſicus. Arabiam igitur, quæ pertineret ad rubrum mare, inter ſinus Arabicum & Perſicum includi, & usque ad odoriferam & beatam procedere, quæ ad rubrum mare tota ipſa recumberet. Verum nihil tale ſonant Græca Dionyſii, quem reddidit Latine, nec Plinii Latina, quem ſecutus eſt.

Pagina CCCL.

Avienus Dionyſii interpres:

Et inde
Chatramis eſt tellus: Canæ vicina, fluento
Perſidis accedit: rutili contermina ponti
Minnæi Sabathæque tenent.

Ita ſcribendum ac diſtinguendum. Nam vulgo *Camæ* legitur. Nulla tamen mentio exſtat *Canæ* in Græcis, quæ ita habent:

οἷς ἐπὶ γαῖα

Χατραμὶς ἐνναίει κατεναντία Περσίδος ἅλμης.

An legerat in Græcis Avienus, quæ multo integriora habuiſſe conſtat?

οἷς ἐπὶ γαῖα

Χαλδαμὶς εἰς Κανὴν, καλεναντία Περσίδος ἅλμης.

Pagina CCCCLXXXVIII.

Antiqui Geographi, unius tantum lacus meminerunt, per quem tranſeat Tigris, atque hic est *Thoſpites*. In antiquis Plinii codicibus vocatur *Tepitis*. Strabo cum Dionyſio vocat Θωνῖτιν λίμνην. Avienus, qui Dionyſium Latina paraphraſi reddidit, *Thoſpitin* tamen vocat, non *Thonitim*:

tacitæque recumbunt

Littora Thoſpitis.

Ita enim ſcribendum. Ptolemæo quoque est Θοσπῖτις λίμνη, quam Tigrides fontes faciunt: μέχρι τῶν αὐτῶν του Τίγριδος πηγῶν, αἱ ποιοῦσι λίμνην τὴν καλουμένην Θοσπῖτιν.

Pagina CCCCXCII.

Dionyſius de Meſopotamia:

Τὴν δὲ περιμηκέας Μέσσην ποταμῶν ἐνέπουσι.

Priscianus novo & inepto vocabulo *Medamnam* dixit:

Indigenæ populi pro re dixere Medamnam.

Nam dicendum eſſet *Mediamnam.* An *Meſanam* potius ſcripſit? Μεσόγη idem ſignificat. Verba Avieni ſic legenda ſunt, alterius interpretis.

Medio tellus quæ funditur agro
Hos amnes inter nomen tenet, at ſitus illam
Flumine præcinctam gemino per aperta locavit.

Male est in editis:

Hos interamnis nomen tenet, aut ſinus illam.

Quod verſus reſpuit. Tellus, inquit, quæ medio agro hos inter amnes funditur, inde nomen tenet. Latini *interamnas* dixere urbes, ac regiones, quas Græci Μεσοτήνας & Μεσόγνας.

Pagina DXLVIII.

Τοῦ μὲν ἐπὶ προβολῇ Παμφύλιοι ἀμφινέμονται,
Ὅσσον ἐπὶ προβέβηκε Χελιδονιῶν ἐπὶ νήσων,
Σῆμα δ' ἔχει Ζεφύρου Παταρῆδα τηλόθεν ἄκρην.

Latini auctores veteres, qui Dionyſium verterunt, longe aliter illum locum acceperunt. Sic enim Avienus reddidit in ſua paraphraſi:

Imminet hic late Pamphylia, ſubluit illic.

Unde Chelidonias, inliſum murmurat æquor
Sæpius, & crebra ſpumeſcunt æquora rupe,
Terminus hic cautes Patareïdis eminet arcis,
Ac rurſum in Zephyrum vada ſemet cærula curvant.
Hic ſalis Ægæi tractus tonat.

Non dicit cum Græcis Iſſici ſinus partem, quæ usque ad Chelidonias protenditur circum habitare Pamphylios, ſed in deſcribendo illo ſinu, alibi Pamphyliam imminentem, adluere eum canit, alibi Chelidonias inſulas ſubluere: heic cautem eminere Patareïdis petræ, illic Ægæi maris fluctus intonare. Nec aliter Priscianus intellexit, qui ſic vertit locum illum de Iſſico ſinu.

Partibus extremis Pamphylia clauditur isto;
Atque Chelidoniæ rupes cinguntur eodem,
At procul hanc zephyrus finit Patareïde ſumma.

Tam Pamphyliam, quam inſulas Chelidonias claudi, cingique dicit Iſſico ſinu, prorſus juxta mentem Avieni, non juxta Dionyſii, qui Iſſici ſinus accolere Pamphylios memorat, quidquid procedit ad Chelidonias inſulas.

Ibidem.

Avienus porro, quia post Eurymedontis oſtia

Siden ſtatim recenſet Ptolemæus, & *Aſpendon* idem non ad Eurymedontem ſed Cataracten ſitam docet, ex ejus præſcripto pro *Aſpendo Siden* repoſuit in verſione ſua Dionyſii. Græca ſic habent.

ὑπειράλιον πτολίεθρον
Ἄσπενδον ποταμοῖο παρὰ ῥόον Εὐρυμέδοντος
Ἔνθα συοκτονίῃσι Διωναίην ἱλάονται.

Ipſe hæc ita reddidit.

Prope celſam ſurgit in arcem
Priſca Side, ſus heic calidis adoletur in aris
Sæpe Dionææ Veneri, ſtat Corycus alta,
Stat Perge propter.

Sic legendi hi verſus, qui vulgo contaminatiſſimi. Nam legitur.

Priscas Idæ fomes calidis &c.

Pro *Aſpendo Siden* ſubſtituit. Utraque in edito colle ſita. Geographus: Ἄσπενδος ἐλευθέρι(ος?) καὶ Σίδη. *Side* ultra Eurymedontem ad mare: *Aſpendos* ad Eurymedontem in mediterraneo.

Et quibusdum interjectis: Sidam porro prope Cragum collocat Avienus magno errore. Hæc enim ejus verba.

Surgunt ibi culmina Tauri
Pamphyliæ in fines. Hic idem Cragus habetur
Nomine ſub gentis. Prope celſam ſurgit in arcem
Priſca Side.

Non hic ſenſus eſt Dionyſii, qui Taurum a Lyciæ finibus exſurgere ait & Cragum vocari, usque in Pamphyliæ ſines extendit.

Porro Avienus:

Hic diros cæli caſtrames tenet, inque dieï
Tenditur exortum.

Scriptum erat *Celicas*, vulgata corruptisſima ſunt. Corrigendum:

Hic diros Cilicas trames tenet, inque dieï
Tenditur exortum.

Tramitem dicit propter illa Græca.

σκολιὴν περιτέμνεται οἶμον

Avieni verſus ita legendi.

Palantes obeunt beryllum prona fluenta,
Quem procul internis a finibus, aut adamanta
Detulerint.

Innuit longe ab internis locis prope fluminum oſtia beryllum ab his, aut adamanta quæri, quos curſus & impetus aquæ detulerit. Verum προβολαὶ

non ſunt ἐκβολαί. Siccatis torrentibus ripæ ipſæ tum προβολαί ſunt, tum in ipſis arenis inter illas προβολὰς gemmas inveſtigant Indi, quas torrentes ex montibus detulerint. In ipſo igitur alveo eas quærunt, ubi ſiccus eſt torrens. Hoc vult Dionyſius. Recte Priſcianus.

Scrutantur ripis alii torrentibus imbri
Berylli gemmas glauci, nitidumque adamanta.

Hactenus Clar. SALMASIUS *in Exercitationibus ſuis ad* PLINIUM, *inveniuntur quidem inſuper nonnulla, ubi in interpretando Dionyſio Avienum a ſenſu ducis aberraſſe notavit, hæc autem in Dionyſii editione noſtra aptiorem habitura locum putavi.*

Tranſeo ad illa, quæ in Obſervationibus Miſcellaneis vulgo dictis, Avienum ſpectantia, exſtant.

AVIENUS

DESCRIPTIO ORBIS.

Verſu CXIII. Editionis Hudſon: hæc verba offendimus:

Ligurumque tumeſcit
Æquor, & indomito tellus jacet Itala regno.
Auſonis hæc regio eſt, pubi genus ab Jove ſummo.

Qua ſe flabra trucis Boreæ per inhoſpita terræ
Eructant cœlo, populis caput Ænea *clarum*
Alba.

Ubi ad notat Hudſonius. *Albam longam intelligit, quam* Æneam *dicit*, quod ab Aſcanio condita fuerit.

Sciunt omnes hunc auctorem imitari optimos ſcriptores & in ſpecie Virgilium, ita ut nunquam voce *Ænea* uſus fuisſet (quod ab *aes*, *æris* venit) pro Æneïa, multo minus *æneia*, quod nusquam invenitur. Sumo igitur *Ænea* pro interpretatione vocis minus cognitæ, *Ilia.* Ut *Ilia tellus.* Virgilius Lib. 1. Æn. 268. nempe.

Cui nunc cognomen Julo
Additur, Ilus *erat, dum res ſtetit* Ilia *regno.*

Horatius *Iliæ turmæ.* Carm. ſæcul. vs. 38.
Lucanus Lib. V. vs. 400.

Nec non Iliacæ numen quod præſidet Albæ.

Oddii conjectura erat.

— — — — — — — *Antea clarum*
Alba — — — — — — —

Verſu CXCVI.

Immenſæque Aſiæ populos alit ubere terræ.

Hudſonius dicit, malim, *terra.* Sed prior lectio multo elegantior est. Nam ut Græci dicunt, οὖθαρ ἀρούρης, ſic Virgilius Aen. I. vs. 531.

Potens armis atque ubere glebæ.

Priscianus Perieg. 218.

Atque trahens limum complectitur ubere campos.

Idem verſu CCCXXXIX.

Nomine ſe claro Nilum trahit, inque jacentem
Ægyptum fuſus fluctu premit arva marito,
Fæcundatque ſolum procul illic (illuc) agmina cogit
In Boream, ſcisſusque vagis anfractibus æquor
Proſerit & ponto ſeptem Serus *explicat ora.*

Non animadvertit Hudſonius errorem in quantitate, ſed Oddius id emendat *ferus* contra orationis filum. Poëta flumen Ægypti ut maritum repræſentat, ideoque lego:

& ponto ſeptemfluus *explicat ora.*

Est aperta verſio Dionyſii 226.

Κεῖθεν δ' ἐς Βορέην τετανυσμένος ἄλλυδις ἄλλος
Ἑπτὰ διὰ στομάτων εἰλιγμένος εἰς ἅλα πίπτει.

Loco πίπτει tres MSS. codices habent βάλλει,

quod elegantius, & ſic Avieni codex id habebat vs. 348.

Nilus freta maxima pellit.

PROPERTIUS Lib. II eleg. I. 32.

Nilum quum tractus in urbem
Septem *captivis debilis ibat* aquis.

Priscianus Perieg vs. 216.

Septenoque ferit Pellæum gurgite pontum.

IDEM verſu CCCCXVIII.

Arva tenent, auris *nimium vicina Britannis.*

Hic Hudſonius per conjecturam vult legi *arvis* vel *duris*. Quod ad me attinet, credo veram lectionem eſſe *Cauris*. Virgilius Lib. III. Georg. vs. 356.

Spirantes frigora Cauri.

Cæſar B. G. Lib. V. Cap. 6. *Corus ventus navigationem impediebat, qui magnam partem omnis temporis in his locis flare conſuevit.*

Avienus ſæpe utitur voce *Caurus.* *

* Duo codices, unus, qui fuit olim Ortelii & alter, quem HEINSIUS conſuluit, habent.

Duris nimium vicina Britannis

Dira armina Brittannorum vocat vs. 747. *dura* autem & *dira* paſſim confundi notum est.

IDEM verſu CCCCLXVI.

Qua porrecta jacet ſpatio piſcoſa Propontis,
Et ſe præcipiti fluctu furit *Helleſpontus.*

Sic duæ habent Editiones. Neque Hudſonius, neque Oddius ad hunc locum quid adnotant. Dionyſius utitur ἀγάῤῥοος. Quid ſi legamus, *fugit*? ſine dubio auctor imitatur Ovidium Lib. IV. Met. 459.

Volvitur Ixion & ſe ſequiturque fugitque. *

IDEM verſu DCLI.

Postquam per celeres *extorrem traxit Iberos.*

Neuter Commentatorum modo laudatorum mendam hic invenit, & tamen non dubito quin Poëta ſcripſerit *celebres*: nam Dionyſius vs. 744. habet τριλλίστων. Avienus vs. 115.

* Rectius forte in ora Codicis viri docti manu legi

Se præcipiti fluctu ruit Helleſpontus.

Verba enim *furere* & *ruere* centies permutantur, non vero in rotæ Ixionis modum ſe ſequi & fugere dici poteſt Helleſpontus: ſed præceps in mare Ægeum ſe ruit, id eſt, cum impetu rapidus fluit. Dictum autem eſt *ſe ruit*, ut vs. 795.

Se invehit undis.

De Ogyride rupe in mare eminente vers. 772. *ſe mare tendit*, vel ut Hudſonius *ſe fundit*, & ita ſæpe Avienus, qui etiam paſſim *ruere* de fluviis utitur. Vide vs. 756 & 990. & Ovidium Met. 588.

Proxima magnanimos alit æquo ceſpite Iberos.

Ubi Dionyſius, ἀγαυῶν Ἰβήρων.

Ejusdem voluminis primi pagina CCCLIII. inveniuntur porro, *Obſervationes cum Anglo Editore communicatæ.*

AVIENUS
IN
DESCRIPTIONE ORBIS.

Verſu VIII.

Pierides toto celeres Helicone venite.

Hudſonius præfert *celebres*. Sed prior vox multo elegantior. Virgilius Aen. Lib. VI. vs. 202.

Tollunt ſe celeres &c.

Id est, *celeriter.* *

* Recte OVIDIUS V. Epist. vs. 57.

Scilicet ut venias in mea damna celer

& IX. Metam. vs. 764.

Utque celer venias, Hymenæe precatur.

Val: Flaccus, Lib. V. vs. 118.

Ruunt celeres ad litora

Crebro vero hæc duo inter ſe permutasſe librarios & Grammaticos etiam quosdam *celebrem* notare *celerem* docuisſe videbis in no-

Verſu CL.

Nam qua ſe zephyri ſuſtollunt flabra, profundum
Tyrrheni est pelagi, qua ſe notus erigit æthræ,
Sicanum late fluitat mare: qua procul autem
Spirat ab Eoïs pulcher *regionibus Eurus,*
Iönii ſunt terga ſali.

Epitheton *pulcher* Euro datum hic mihi ſuſpectum eſt, & ſine exemplo, neque antiquæ ventorum picturæ ei favent, ſed Aquarius, Ganymedes, Achelous & Bacchus optima ratione in hoc Poëmate *pulchri* vocantur: panis ſic re vera vocatus eſt apud Horatium, ut credo, propter ejus albedinem; Forte MS. habebat *polcher* aut *polcer*, & ſi hoc verum ſit, *volucer* minus vituperationi obnoxius eſſet.

Silius Lib. IV. vs. 6.

Volucrique citatior Euro

Avienus in Arateis.

Quin & veſtigia propter
Perſea ſub volucri par est tibi quærere forma. *

tis BURMANNI ad OVIDII Librum IV. Metam. vs. 304. & *celebrare* & *celerare* ad VALERII FLACCI. Lib. III. vs. 251. & IV. vs. 80.

* Facile eſt ubi Epitheton aliquod rarius, inſolentius & etiam

Verſu DCCXCV.

Ogyris inde ſalo promit caput, aſpera rupes
Carmanidis qua ſe pelagi procul invehit undas,
Regis Erythræi tellus hæc nota ſepulchro
Tenditur, & nudis juga tantum *cautibus horrent.*

Corrige *undis.* Et ſi cui diſplicet *tantum* ultimum verſum ſic legere poteſt:

Tenditur & nudis juga centum *cautibus horrent.*

Simili locutione utitur verſu 845.

Mille dehinc amnes unus vomit.

Verſu DCCCXXX.

Multus circumſonat iſtam
Oceanus, trinoque ſinu vagus influit æſtus
Unam Aſiæ molem. Sinus iſtam Perſicus inflat.

Puto legendum *intrat* quod contextus, mappæ & Dionyſius ſuggerunt.

ἰνδόθι βάλλων

Περσικὸν Ὑρκανίοντε.

ardacius occurrit, aliud quærere, quo Poëtæ ſæpe utantur. Sed pulchrum Eurum dici poſſe puto, quia ab ortu flat, unde Sol, Aurora, Oriens & ſimilia omnia pulchra dici poſſunt. Et Eurus ipſe ſæpe pro Oriente poni ſolet, & *purpureo ab ortu* vires capere dicit Ovid. I. Triſt. Eleg. II. vs. 27. & ita paſſim Poëtæ. *Volucer* Epitheton omnibus ventis conveniens nihil in Euro peculiare notat.

Auctor ipſe verſu 99.

Hunc ſecat ingens

Mæander, ſalſique ruens vada gurgitis intrat. *

Verſu MCLVI.

— — — — — — — — *iste feroci* †

Fuſus ab Armenia. — — — — —

Oddius corrigit § *feraci.* Sed vix crederem Auctorem aperte voluiſſe contradicere Dionyſio.

Ἄρειος ἐν δεδμῶτες.

* Facilis quidem hæc emendatio, quæ multis locis Poëtarum & aliorum, quibus mare *intrare terram*, fluvii *intrare Oceanum* &c. dicuntur, firmari poteſt: ſed non ſemper duriora nobis viſa facilioribus mutanda. *Inſtare* enim cum quarto caſu videtur offendiſſe. Sed Aruſianus Meſſius ita legit apud Virgilium XII. vs. 748.

Pedem pede fervidus inſtat

Pro vulgato *urguet.* Idem Poëta Lib. VIII. vs. 433.

Parte alia Marti currumque rotasque volucres
Inſtabant.

Inſtare hostes defendit apud Nep: in Epam: Cap. IX. egregie Boſius, & ita Statius VI. Theb. vs. 771.

Sæpe etiam injustis collatum viribus hostem
Ultro audax animis inſtatque & obumbrat.

Sic ergo inſtat & urguet molem Aſiæ Sinus Perſicus, repellens quaſi terras.

† Neque ego credo feracem Armeniam recte dici, quæ magnam partem horrida, montana & frigore & nive infeſta eſt. ut ipſe Xenophon Lib. IV. Anabas: pag. 327 & 329.

§ Non Oddius ita corrigit ſed Hudſonius.

Statius ſylv:

Arcuque horrenda fugaci

Armenia.

Verſu MCCXLVIII.

Quin impactus amor ſupereſt ſi dicere Perſas
Conſimilis, ſollerſque tradit te cura per orbem.

Hudſonius & Oddius nihil in hunc locum adnotant, qui certe corruptus & ſic reſtituendus eſt:

*Quin * impactus amor ſupereſt ſi diſcere Perſas.*

Dionyſius.

Εἰ δή σε καὶ Πέρσας ἰδέειν γλυκὺς ἵμερος αἱρεῖ,

Verſu MCCCLXXI.

Ipſe dehinc † diros ut Liber perculit Indos
Emodi victor conſcendit verticis arces.

* Vellem explicuiſſent viri docti *impactum illum amorem;* qui an pro *dulci* capi poſſit vehementer dubito. Vidi excerpta ex codice aliquo, quæ habebant *impactos*, unde vir doctus faciebat.

Quin impacatos amor eſt ſi diſcere Perſas.

Quod multo elegantius & verius puto. Epitheta ſæpe Avienus addit, omittit vel mutat pro arbitrio, ut ipſi agnoſcunt viri docti: ſic impacatos populos Scythas vocat verſu 863. & Virgilius Lib. III. Georg. vs. 403. *Impacatos Iberos* dixit. & alii paſſim.

† Specioſa hæc emendatio: ſed in Ephithetis, quæ eadem ſæpe diverſis nominibus adduntur, lubrica ſæpe conjectura; nam & *ditem Europam* dicit Oræ maritimæ vs. 203. *Italiæ* etiam *ditem ceſpitem* dat ſupra verſu 532. *Barceiones dites* Ora Marit. 520. *Diros* vero

Oddius per conjecturam ponit *duros*, ſi auctor ſecutus eſſet Dionyſium, uſus fuisſet *nigri*, *tetri*, *fuſci* aut ſimili verbo; ſed in Epithetis raro eum ſequitur. Idcirco corrigerem *dites*. Avienus verſu 696.

Ditem Aſiam ſpectat.

Et vs. 822.

Vastius est Aſiæ diti caput.

etiam ſæpe populos vocat, ut Lycaonas vs. 1020. *Parthorum diras animas.* vs. 1242. *Britannorum dira agmina.* vs. 749. *Diros Jaxartas* vs. 928. & ita pasſim, quare hæc in medio relinquimus. *Nigros* qui mallet infinita loca adducere poterit, ubi Indi *nigri* dicuntur & *tetrum* illum colorem deſcribit Avienus verſo 1310. ſed & propter colorem inauſpicatum & ominoſum *diri* recte dicuntur: Sic apud Lucanum Lib. 1. vs. 615.

Diffuſum rutilo nigrum pro ſanguine virus.

Ubi magno numero codices habent *dirum* cujus gloſſam eſſe puto *nigrum*.

CONJECTURÆ ET VINDICIÆ IN AVIENI.

Deſcriptione Orbis Terrarum.

Auctore F. O. L. A. S.

Verſu 19.

Æquore ab Heſperio qua ſe ſalis inſinuat vis,
Terrarumque cavis inlabitur arduus Atlas;
Qua juga celſa tument, Libyæ ſeſe explicat ora.

Sic vulgo hic locus diſtinguitur; ita ut neceſſe ſit, per *Atlanta* intelligi, fretum ſeu mare *Atlanticum:* quo ſenſu ſumendum eſſe hoc nomen, adnotavit

quoque doctiſſimus C. Barthius Lib. XLVI. Adverſ. Cap. 16. Quia apud Dionyſium vs. 30. mare Heſperium vocatur Ἄτλας Ἑσπέριος, quem verſum vertit Priſcianus.

Finibus Heſperiis Atlanticus ille vocatur.

Atlas ergo idem erit, quod ibidem vs. 72. *Atlantis unda.* Quomodo *Hadria* paſſim pro *mari Hadriæ* ſive *Hadriaco*, & *Taras* pro fluvio prope Tarentum, cujus est conditor *Taras.* (vide ad Lucanum L. V. vs. 376.) & ſimilia ponuntur. Non nego, *Atlanta* ita ſumi poſſe, concedo etiam verbum *inlabi* hoc in ſenſu adſcribi potuiſſe. Verum non video; quomodo Epitheton *arduus* tum conveniat, & quidem junctum verbo *inlabi.* Quamquam ſcio procelloſi maris fluctus crebro a poëtis vocari *montes*, *cumulos* vel *tumulos* &c. Unde etiam *undas Atlante majores* efferre Hyperbolice videtur Lucanus Lib. I. vs. 554. ubi vide notas, & Lib. VI. vs. 644. At vero mare ipſum nominari *arduum*, &, quod meretur adtendi, in ſimpliciſſima ſitus deſcriptione, niſi exemplis edoctus, non credo. Neque enim opinor, facile quempiam inventum iri, qui *arduus* explicabit per *profundum*: quia *altus* & *arduus* Synony-

ma ſunt, & prima vox millies eo ſenſu occurrit. Fateor ſimilia quædam nonnumquam in auctoribus reperiri. Sic FASTIGIUM, quod vulgo ſummitatem indicat, pro imo fundo vel ſolo aliquando ſumitur. Cæſar Lib. VII. B. Gall. C. 74. *Scrobes trium in altitudinem pedum fodiebantur, paullatim anguſtiore ad infimum faſtigio:* ubi fruſtra in plerisque Edd. & uno alteroque Codice exhiberi *ad ſummum*, docere poteſt Virgil. L. II. Georg. vs. 288.

Forſitan &, ſcrobibus quæ ſint fastigia, quæras.

& Lucanus L. IV. vs. 296.

Puteusque cavati
Montis ad inrigui premitur fastigia campi.

Ita VERTEX capitur ab Apulejo Lib. IV. Metam. p. 85. *Proximas oras reſlui litoris petit, plantisque roſeis vibrantium fluctuum ſummo rore calcato, ecce, jam profundi maris udo reſedit vertice* (ſic MSS. & Editt. Vett. etiam Cod. *D.* & Ed. Junt. vulgo *ſummum rorem calcavit.* In MSS. inſuper *Ludo r. vert.* Quum e contrario Virgilius cœlum vocaverit *profundum* id eſt immenſum. Ecl. IV. vs. 53. & Lib. I. Aen. 62; nec non Valer. Flacc. L. VII. vs. 478. Adde Barth. ad Statii III. Theb. 495.

Quin etiam, quum vulgo dicatur *altus anhelitus*, *gemitus* &c. qui imo eduntur pectore, Horatio tamen eſt SUBLIMIS. Canit enim Ode 15. L. I.

Sublimi fugies mollis anhelitu.

Unde egregie defendi poteſt lectio, quæ in manu exaratis codicibus tantum non omnibus comparet apud Frontin. L. I. C. 5. §. 11. *ſublimibus foſſis circa omnia tentoria ductis*: quo loco non incelebris nominis vir conjecit *humilibus*, vulgo *ſimilibus*. Pari modo CONVEXUM alii uſurparunt pro *concavo* & contra VALLEM pro re convexa; ut oſtendit nuperus commentator ad Lucan. L. IX. 502.

Galeæ convexum infudit in orbem.

Verum enim vero hoc eſt argutari. Ne longior ſim ipſum deſidero exemplum, quo *arduus* pro alto ſive profundo ponatur. Quippe non facile credo Statii Scholiaſtæ Lib. XI. Theb. vs. 278.

Hi quærunt artus, illi ardua vulnera curant,

exponenti *profunda*: nam præterquam quod in aliis Codicibus, inter quos unum ipſe conſului, ſit *anxia*, rectius idem addit *incurabilia*, ſive potius ſanatu difficillima, & ardui laboris. Et ut hoc jam proferatur, nusquam tamen Avienus *Atlanta* pro mari ſu-

mit, ſed ait *Atlanticum ſinum*, *Atlanteum æquor*, & quæ ſunt illis ſimilia. Diſtinguo itaque, & lego.

Terrarumque cavis inlabitur, ardaus Atlas
Qua juga celſa tumet, *Libyæ ſeſe explicat ora.*

Hanc emendationem confirmat conſtans Avieni ſtylus. vs. 100.

Hic tumet Atlas.

Arduus.

Verſu 478.

Tumet illic ardua Calpe.

Verſu 587.

Tumet arduus Hæmus.

& ſæpius. *Juga tumet Atlas* æque noſtro, ac omnibus Poëtis, & aliis etiam auctoribus, per notisſimam Græci idiotismi Synecdochen, frequens est.

Verſu 511.

Ab Zephyro hinc rupes dorſum tumet.

Verſu 699.

Scyrus ibi late dorſum tumet.

Verſu 739.

Dorſum tumet hic Erytheia,
Hicque Sacre, ſic terga vocat gens ardua montis.

ubi male Ed. Anglic. *Erythreia.*

Verſu 788.

Rigidi juga maxima montis

Nubibus adtollunt latus omne, & terga tumeſcit.

Verſu 1089.

Libanus frondoſa cacumina turget.

Hæc & alia loca moverunt me, ut maluerim *tumet.* Nam per Ἐπεξήγησιν alioqui posſet *tument* ſervari. Nec obſtet locutio *vis inlabitur*, ſic ora Marit. vs. 395.

Noſtrumque in orbem vis profundi inlabitur.

Omnia fere jungit vs. 75. de Oceano.

Innumerosque ſinus cavat inlabentibus undis

Deſuper & multis: *celebris ſub nomine tantum*

Quatuor infuſo late ſale terga dehiſcunt.

Quo loco an reſcribendum ſit *plures exigui*, diſtinctione poſita poſt *undas*, an vero *deſuper eructans* ſine MSStorum, quos videre mihi non contigit, ope definire non audeo. Utrumque apud Dionyſium, quem vertit auctor, vs. 42, 43.

Κόλπους δ' ἔνθα καὶ ἔνθ' ἀπερεύγεται, ἔνδοθι βάλλων

Εἰς ἅλα τούτους μὲν πλέονας &c.

Multo magis tamen, tum ob litterarum vicinitatem, tum ob elegantiam placet *deſuper eructans:* de quo verbo multa adfert Cl. Heinſius ad Ovidii Metam. & alii; nec raro adhibet Avienus; uti vs. 117, 432, 861. Adpoſite Valer. Flacc. L. IV. 345.

Qua rigidos eructat Boſporos amnes.

Immo noster vs. 213.

Strictis eructet faucibus æquor.

Verſu 345.

Inclyta quamquam

Undique ſe totis eructent flumina terris.

Verum ne videar innovandi prurigine laborare, hæc ipſa, ni fallor, certa emendatio *Atlas tumet juga*, occaſionem ſubjicit, e contrario plura auctoris loca a Criticorum immutationibus defendendi. Sic Verſu 39.

Ceſpes terga jacens Aſiæ ſuccedit in oras.

Ubi ſubſtituunt *jaciens*. Non dicam hic de lege metrica, cui id repugnat (Nam & ita ex Lipſienſi interpolatione jam legimus in Lucano L. V. 579.

Trade ſinus. Italiam ſi &c.)

Sed eſt plane contra Avieni genium. vs. 579.

Prodigus herbarum ceſpes jacet.

Vs. 566. *Diſtenditur arva.* vs. 319. & Or. Mar. 606. *Procerus arces.* & ſæpe, innumeraque ſimilia præter vs. 400.

Hæc ſubit inſanos tergum curvata Aquilones.

Unde potius cenſeas vs. 192. ſcribendum.

Curva Thetis fluctus tumet. pro *fluctu.*

Sed tales emendationes unius asſis non facio; & hæc facile variare potuit, ut *inlabi cavis* hic, at vs. 173. *inlabi lacunas.* Iterum. Verſu 84.

Hic prolapſus aquas Boreali fuſus ab alto,
Terga procelloſo turgeſcit Caſpia fluctu.

Clar. Hudſon. & ante eum Barthius Adverſ. L. XLIX. C. 13. reſcribunt *aquis.* Cur non etiam. Verſu 667.

Saxa,
Quæ protentus aquas Achelous pulcher oberrat?

Quibus locis, ut hoc obiter interferam, oppido confirmari posſet Editorum conjectura in Lucano L. II. vs. 213.

Et ſtrage cruenta
Interruptus aquas fluxit prior amnis in æquor,
Ad molem ſtetit unda ſequens. Vulgo *aquis.*

Sed MSS. *aquæ*, quod etiam ſequi malim, & in numeris exemplis posſet inluſtrari. At illa hujus loci non ſunt. Interim adi modo Barth. & Heinſ. ad Claud. I. in Ruf. 171. & Cerd. ad Virgil. Georg. IV. 491. *Animi victus.*

Rurſus.

Verſu 584.

Fertilis hæc herbas Iliſſum ſubvehit amnem,

Anglus editor ſubpoſuit *herbis*; ſed dicitur ut vs. 674.

Glebamque ferax, & opima virentum.

Verſu 747.

Pingues ſola, ceſpitis amplæ.

Immo tot exemplis permoti forſan rectius retinebimus *flammas*, quam *flammis*, quod ſubſtituit Anglus Verſu 815.

Quot alto
Curventur fluctus pelago; quot ſidera cœli
Elucent flammas, quot robora proferat Ida,
Quantus arenarum cumulus verſatur ab Euro.

Ubi reponendum arbitror *verratur*, id eſt, verſetur. Hoc enim verbum pasſim ventis adtribuunt poëtæ. Adi Comment. ad Lucan. L. V.

Verſu 572.

Cori verrent mare.

Interim ad hunc accuſativum pertinet etiam locus. Verſu 737.

Exterior quas unda dehinc circumfluat, & quis
Æſtuat Oceanus, quibus illæ flatibus omnes
Culmina pulſentur, memori date carmine, Muſæ.

Locum, ut legendum puto, adſcripſi. In Edd. est *circumfluit*, vel *circumfluus*, item *quas*, & *culmine pulſantur;* nec non in nonnullis *carmina*. *Dare carmina*, quod Latinum eſſe, & a poëtis adhiberi, ſatis ſcio, hic opportunum haud est. Sed *date* id est, dicite, memorate verſibus, ſeu narrate memori *carmine*.

Porro uti hic verſus, ita & alii olim prava interpunctione laborarunt, quam tamen partim ſuſtulit Barthius locis adverſariorum citatis, partim ultimus editor; ſed & laborant adhuc quidam. Ex Gr. Verſu 113.

Ligurumque tumeſcit
Æquor, & indomito tellus jacet Itala regno.
Auſonis hæc regio est; pubi genus ab Jove ſummo.
Qua ſe flabra trucis Boreæ per inhoſpita terræ

Eructant cœlo, populis caput Aenea clarum
Alba. Dehinc cautes est terminus. Hæc freta propter
Trinacriæ ſumma conſurgit litoris ora.

Ita vulgo hic locus; quem Lector facile percipiet, cur tam longum propoſuerim, editur, & intelligitur de Alba Longa, Ascanii opere: unde legunt viri docti *caput Ilia clarum Alba* vel *antea clarum Alba*, aut *tumet Æneadarum Alba.* Omnino male: uti ſatis patebit ex Dionyſii verſibus, qui merentur adſcribi vs. 75. &c.

Ἑξείης δ' ἐπὶ τρῖτι Λιγυστικὰς ἕλκεται ἅλμη.
Ἔνθ' Ἰταλῶν υἷες ἐπ' ἠπείροιο νέμονται,
Ἐκ Διὸς Αὐσονῖηες αἰεὶ μέγα κοιρανέοντες
Ἀρξάμενοι Βορέηθεν ἕως Λευκὴν ἐπὶ Πέτρην,
Ἠρά τε Σικελίης ἐπὶ πορθμίδος ἐρρίζωται.

Vertit Priſcianus vs. 80.

Hinc ſequitur gurges Ligurum cognomine dictus,
Qua domini rerum terris crevere Latinis,
Ad Petram Leucen Aquilonis ab axe reductis,
Quæ freta Sicaniæ concludit litore curvo.

Lego igitur & diſtinguo.

Quà ſe flabra &c.
Eructant cœlo, populis caput Æneadarum.
Alba dehinc cautes est terminus. Hæc, &c.

Nam *Æneadarum* eſſe in MSto Codice, docemur in Miscell. Obſerv. Vol. I. p. 273, Ait auctor, *Genus Æneadum* (ſic loquitur Virgilius Lib. Æn. 563.) ortum ſeu principium regionis capere ab Septemtrione, & æquore Liguſtico, ac finem ad *Leucopetram* ſive *albam cautem* habere. Et ſic ſæpe mentem exprimit Avienus, ut vs. 265.

Gades principium est. Caput hujus ceſpitis autem
Artius angusto conducit litora tractu &c.
Terminus immenſis Arabum concluditur oris.

Adde vs. 104, 408, 485, 822.

Inſuper etiam monendum, in quibusdam Edd. pesſime exhiberi *ſummo.* Nunc pergamus.

Verſu 141.

Hinc ſinus Iönius curvatur litorus acta,
Alta petunt rauco penitus repentia ſluctu.

Quid *alta* ſeu maria *petant* non additur. Reſcribendum arbitror

litoris actam
Alta petunt.

id est, mare rauco fluctu accedit & adliditur litori.

Verſu 682.

Dionei pulſatur litoris acta.

Verſu 1155.

Curvi procumbens litoris acta.

Alibi ſic jungit *litoris oram*, ut vs. 118. habuimus. Nec ſecus alii. Vide Miſcell. Obſerv. Vol. I. p. 131. Minuc. Fel. 6. 4. *Ora curvi molliter litoris.* Apulej. L. IV. p. 85. *Oræ litoris.* Rurſus.

Verſu 309.

Auſonis invicti gens roboris, una per orbem
Arma tulit.

Una arma explicabit quis forſan pro armis, quæ unum & eumdum effectum ſemper ſortita ſunt. Nihilominus malim ego

Auſonis invicti gens roboris una.

id est, quæ ſola gentium fuit invicta. Sed manum de hac tabula. Plus ſatis de perverſa interpunctione: Nam leviora prudens omitto. quale est vs. 251. *cacumine fulcit*, *Verticis &*, &c. pro *cac. fulcit Verticis*, *&*, pluraque id genus. Ad alia tranſeamus.

Verſu 130.

Hincque procul ſe
Inclinant rupes ſeſe obvia fluctibus altis.

In aliis Edd. est *hicque*. Sed quid est, *rupes in-*

clinat ſe proculſe? Timide pronuncio; ſed ſi qui MStus Codex addiceret, conjicere auderem, ſcripſiſse Avienum. *Hinc procurrens* vel *procurſans*, ut ſit verſus Spondiacus; quales multi in Avieno. Paſſim eminentia promontoria Geographis, Poëtis & aliis dici *procurrere*, etiam tironibus notum est. Verſu 145.

Illyris in dextris pandit regionibus agros,
Æmathiamque ſuper ſulcat genus acre virorum.
Auſonidum læva est.

Quis locus hic *Æmathiæ*, ſive *Emathiæ*, id est, Theſſaliæ vel Macedoniæ? Immo vero repone *Delmatiamque*, ſeu, ut aliis, *Dalmatiam*. Nihil verius eſſe, patet ex Dionyſio vs. 97. & Prisciano vs. 101.

Verſu 227.

Ceſpite Paphiaco prodit ſaxoſa Carambis.

Unde illud nomen *Paphiaco*? Agit de Paphlagonia. An ergo *Paphlageo?* Dicta hæc est regio a *Paphlagone*, ſive, uti est apud Stephanum ἀπὸ τȣ̃ Παφλάγȣ. quod a viris doctis temere mutandum non fuiſſe, mihi videtur.

Verſu 337.

Hic qua ſecretis incidit flexibus agros,
Æthiopum in lingua Siris ruit, utque Syenen
Cærulus accedens diti loca flumine adulat,
Nomine ſe claro Nilum trahit.

Ita hunc locum correxeram ex vs. 704.

Cyclades accedunt Aſiam.

Verſu 909.

fluit, & procul ipſos
Accedit Bactros.

nec ſecus apud alios. Conſule Celeb. Burmann. ad Phædri Fab. 25. Sed poſtea vidi, eam correctionem jam occupatam esſe ab Editore Anglo. Vulgo erat ſine ſenſu *Syene.* Conſule Dionyſium & reliquos Geographos. Verum non idoneam video cauſſam, cur idem editor *ruit* mutare voluerit in *cluit.* Dici ibi locorum *Sirin* ſatis expresſit auctor per voces *Æthiopum in lingua*, & *ruere* de celeri fluvii curſu tam frequens est nostro, ut omnino putem hic quoque id retinendum esſe. Vide vs. 58. 756, 926, 990. Ora Marit. 588. & ſæpisſime. Unde moveor fere, ut hoc verbum pro creberrima earum vocum confuſione reponam.

Verſu 1277.

Imbribus & cœlo furit auctior amnis.

Ingratus enim auribus eſt ſonus repetitæ ſyllabæ *ſu ſu.* Ad hæc agitur tantum de auctibus, & majore inpetu fluvii, ut apud Ovid. L. III. Am. El. 6. 7.

Nunc ruis adpoſito nivibus de monte ſolutis.

Si tamen ſic quoque alicui magis placeat retinere vulgatum *furit*, non multum renitentum me habebit: quia *furere* videtur a veteribus dicta eſſe omnis aqua plus ſolito commota & agitata. Unde de torrentibus, & exundantibus fluminibus ſæpe occurrit. Exempla non congeram. Inſpice modo Cl. Drakenb. ad Silium L. X, 321.

redditque furens ſua corpora ripis.

ſic etiam de mari Syrtibus inliſo noſter vs. 294.

Inſidumque rati pelagus furit.

Verſu 642.

Vis late Libyci furit æquoris una ibi Syrtis.

vel etiam de freto, in artum nimis compreſſo, ut vs. 466.

Præcipiti fluctu furit Helleſpontus.

de quo loco plura mox. Eamdem ob rationem *furor*, *inſania*, *ira*, *rabies* &c. paſſim mari adſcribuntur in tempestate; unde præter alios eleganter Lucanus L. V. 600.

Jam, te tollente, furebat
Pontus, & in ſcopulos totas erexerat iras.

ſic enim ſecundus verſus e MSS. legendus est emendante Celeb. Burmanno ad Ovid. Ep. XVIII. Her. vs. 2.

Si cadat ira maris.

Vide & Miscell. Obſerv. Vol. II. p. 247. Nam male contra MStos Marklandus *tortas undas* conjecerat Epiſt. Crit. p. 51. cui nimis temere adſenſum præbuit Oudendorpius. *Totæ iræ* dicuntur, ut *totæ mentes*, *toti artus* L. IV. 631. paſſim *totæ vires.* unde apud eumdem L. VII. 344. *totas effundere vires.* Immo hinc *totas* non ſpernendum forſan, quod est in plerisque MSStis, & Edd. ante Grotium, L. X. 315.

Quis te, tam lene fluentem,
Moturum totas violenti gurgitis iras,
Nile, putet.

Quamvis *tantas* ibi videatur præferendum ex aliis

Codicibus. Pro *erexerat* vero fruſtra Doctiſſ. Cortius ex corrupti codicis lectione *ehauxerat* conjecit *exhauſerat*. Forſan quia invenerat.

Verſu 644.

Nam pelagus qua parte ſedet, non celat harenas
Exhauſtum in cumulos, omnisque in fluctibus unda est.

At illic alia est ratio. Hic Metaphoram ſumit ab irato Leone vel Serpente, jubas extollente. Adpoſite ad *totas iras* & *erigere* de Leone idem auctor L. I.

Verſu 207.

Subſedit dubius, totam dum colligit iram,
Mox, ubi ſe ſævæ ſtimulavit verbera caudæ,
Erexitque jubas.

ſic Alecto apud Claudian. L. I. in Ruf. vs. 65.

Sic fata, cruentum
Mugiit, & totos ſerpentum erexit hiatus.

ubi bene Ill. Heinſius, conjiciens *tortos*, ſe repreſſit. Hinc lucem quodammodo capit Statius ex emendatione Gronovii L. IV. Silv. 4, 79.

Fractas ubi Vesvius erigit iras

Ita etiam Codex Dorvilii. Adi Marklandum.

Verſu 466.

Denique longo
Qua porrecta jacet ſpatio piſcoſa Propontis,
Et ſe præcipiti fluctu furit Helleſpontus
Ægæum dehinc procul in mare.

Ignoſcant mihi Viri Clariſſimi, quod adſenſum iis dare nequeam, emendantibus vel *fugit*, vel quod tamen verius videtur, *ruit* in Obſerv. Miſc. Vol. I. p. 276. Vide & Acta Lipſienſia Menſis Novemb. 1733. Non puto, harum locutionum exemplum ex Avieno produci poſſe. Et *furit* recte hoc loco dicitur, propter coartationem, quam ſubit, quaque compreſſum vehementius concitatur Helleſpontiacum mare. quod tali occaſione etiam fingi ſolet *ſævire*, ut vs. 211 & ſeq. Vide quoque Animadverſionem præcedentem. Corruptus nihilominus eſt locus. Nam *ſe furit* Latinæ Linguæ genius vix videtur ferre; aliunde ergo medela huic loco quærenda. Nempe *dehinc* nusquam niſi hic, prima producta ſyllaba, ponit auctor; quum tamen plus centies ea vocula utatur: ſed ſemper, uti lex pedia poſcit, eam corripit. Aperienti modo Avienum patebit. Quod vero verbum hic ſcrip-

ſerit auctor, e conjectura & mera divinatione pronunciare, arduum est. Interim ſciendum prius, ab ipſo maribus & fluminibus pasſim adtribui actionem reciprocam per pronomen *ſe*. Sic *abdere ſe* 530. *Efferre ſe* vs. 448. *Eructare ſe* vs. 335. *Evolvere ſe* vs. 29. *Explicare ſe* vs. 256. *Inſerere ſe* vs. 104, 145. Ora Mar. 673. *Inſinuare ſe* vs. 19. Or. Mar. 82, 149. *Pandere ſe*, vs. 717. *Porrigere ſe* vs. 165. *Trahere ſe* 161, 247. & alia. Unde proxime verum videretur *tendens ut* τὸ *ſe* illi jungas; ſi certi esſemus, Avienum ipſum ſcripſisſe. Verſu 772.

Contemplator item qua ſe mare tendit in Auſtrum.

Vereor enim, ne ex ſolo Salmaſii ingenio originem habeat, ita ſupplentis in Plin. Exercit. p. 783. At Hudſon ſubſtituit *fundit*, uti loquitur quoque vs. 139, 214 & ſæpius. Præcesſerat paullo ante. vs. 768.

Inde fluenta
Tenduntur Scythici longe maris in ſacis ortum
Eoæ &c.

Ora Marit. 151. Sardum mare.

Septem dierum tenditur reditu viæ.

Verſu 406:

Plerumque porro tenue tenditur ſalum.

Nec multum abludit vs. 974. Orb. Deſcr.

ab tergo tendit Bebrycia glebam.

Ut nihil tamen diſſimulem, ſimplex *tendens* non ſatis exprimere videtur vim Helleſponti, ſe effundentis in latum mare: quare præferrem.

Et ſe præcipiti fluctu furit Helleſpontus
Ægeum intendens procul in mare.

Verſu 375.

intenti prolabitur æquoris unda.

Verſu 506.

Donec Sicana fluenta
Intendant pelagus.

Ita æſtus & vis aquæ *ſe incitant* apud Cæſarem L. III. B. Gall. 12. L. IV. 17. *Intendere ſe* adhibuit etiam, ſed de ventis Avienus vs. 52.

Qua ſe, blanda ſatis, intendunt flabra Favon I.

Sic etiam *nox ſe intendere* dicitur. Vide notas ad Obſeq. C. 123. *Circa horam XI. nox ſe intendit.* Apud alios quoque hoc compoſitum *intendere* ſæpe exſulabat, multisque locis revocarunt viri docti. Pluribus

tamen reſtituendum reſtat, de quo alibi agemus. Nunc etiam latius excurrere non vacat.

Verſu 376.

Templa Sinope Jovis adſtabant nixa columnis.

Recte Cl. Hudſonus e Dionyſio, ut opinor, *Sinopitæ Jovis adſtant.* Sed cur non potius *Sinopei*?

Verſu 385.

Rauca vitam producit in unda.

Apage conjecturam editoris *glaaca.* Paſſim poëtæ mari dant *raucum ſonum*, & *raucas aquas.* Vide Ovid. Ep. X. Her. 26. XVIII. 26. Cel. Burm. ad Valer. Flacc. 1, 330. *raucos ad litoris ictus*, & omnino ad Lib. V. 141. ubi *raucos rivos* apud Claudianum ab Ill. Heinſii conjectura in *flavos* vel *glaucos* mutare conantis, egregie vindicat. Noſter quoque. Verſu 141.

Litoris actam

Alta petunt rauco penitus repentia fluctu.

Quibus adde notata in Miſc. Obſerv. Vol. II. p. 452. ad Apulejana illa *mugiebant vocales undæ*, quæ ibidem *raucæ* adpellantur, quamque emendationem confirmat itidem Avienus.

Verſu 181.

Jugis ubique

Mugitus eſt pelago.

Si vero *glauca* circumferretur, contra id non mutarem in *rauca*, nam æque probum eſt, & paſſim ab Avieno uſurpatum. Eadem facilitate ex *vita* (ſic enim nonnullæ Edd.) *producit*, potuisſet reſingere *vitam traducit*: quia id etiam Latinum eſt; at nemo non videt, quam ineptum hoc foret. Et tamen inventus eſt vir doctus, qui apud Lucan. L. V. Verſu 532.

Si juſſa ſecutus

Me vehis Heſperiam, non ultra cuncta carinæ.

Debebis, manibusque inopem duxiſſe ſenectam.

mallet *toleraſſe*, non addita conjecturæ cauſſa; Forſan quia plerumque *ducere ævum, annos, vitam* &c. ſimpliciter ſolet poni pro tranſigere vel terere hoc vel illud agendo. De qua locutione vide ad Phædr. Fab. 31. *Sollicitum ævum ducere.* Cerd ad Virg. L. III. Georg. 379. Græv. ad Cicer. V. ad Attic. 21. Pasſer. ad Propert. 1, 14, 11i Markland. ad Stat. L. V. Sil. 3. 92. & paſſim. Hic vero additur *manibus*, id eſt manuum opera, ut *manibus victum*

quærere &c. Verum *ducere* non tantum notat *tranſigere*, ſed, uti hic, *producere*, *extendere*, longius vivere manuum opera, qua victum paramus vitamque toleramus. Eoque verbo *juveni*, nam talem adloquitur Cæſar, ſpem dat producendæ in ſenectam vitæ; quæ ſententiæ vis perit tota, ſi *tolerare*, quod est in nullo MSto ſubſtituas. At *ducere* pro extendere ſæpisſime occurrit, ut *ducere bellum*, *tempus* &c. Adi J. F. Gronov. Obſ. 1, 12. Gebhard. ad Nep. Alcib. C. 8. Davies. ad Cæſ. 1, 16. *ubi ſe diutius duci intellexit.* Hoc ſenſu Tibull L. 1, 10, 61.

Illam ſæpe ferunt convivia ducere Baccho.

Ovid. L. XI. Metam. 702.

Si vitam ducere nitar

Longius

Educere Propert. vs. 11, 7, 79.

Si forte pios eduximus annos.

Verſu 485.

Surgit caput Apennino,

Et qua Sicanii tellus madet æquoris æſtu,

Ut protelatæ, molis jugo gurgite condit.

Idem Editor conjecit, forſan ſcribendum eſſe.

Perruptæ late molis.

Perperam omnino; quia hujus verbi vim non percepiſſe vel parum perpendiſſe videtur. Apennini deſcribit tractum auctor, eumque dicit eſſe, *quaſi protelo ductum*, ſive continuatione tractus, recti quem faciunt arantes boves. Adi Scalig. ad Catal. p. 240. & alibi. Latine vertit Avienus Dionyſii verba de Apennino vs. 341.

Τὴν μέν τε μέσσην ὄρος ἄνδιχα τέμνει
Ὀρθὸν, ἅτ' ἐκ στάθμης ἰθυμμένον.

i. e. *mons ad amuſſim directus* &c. Ceterum verba *juga condit Apenninus*, ubi finitur ille tractus, revocant mihi in memoriam Lucani locum Lib. I. Verſu 15.

Unde venit Titan, & Nox ubi ſidera condit.

Quæ vir doctus in Miſcell. Obſerv. Vol. III. T. 2. p. 249. minus ſana putabat, niſi vel *ſidera* capias pro *ſole* vel legas *promit* ſeu *prodit*, aut etiam ſubſtituas *mox;* ut Titan dicatur in Occidente ſidera condere. At mihi, ſi decenter diſſentire liceat, omnino nil mutandum videtur, immo elegantia loci perire, niſi vulgata retineatur lectio.

Opponit Poëta Orientem, *unde* venit Titan, Occidenti, *ubi* & nusquam alibi, Nox condit ſidera, ſcilicet præcipitans ſe, & jam ruens Oceano, quum occidunt, & abſconduntur ſidera; quare hæc etiam junxit Virgil. L. II. Aen. init. ubi videri poteſt La Cerda. Omnis ſenſus & explicatio loci dependet hic a bene intellecta vi vocis *ubi.* Plura addi, non neceſſe puto.

Verſu 533.

In jubar Eoum rurſum ſe pervia flectunt
Æquora, & Asſyrium ſuſpectant eminus axem
Iönii freta glauca ſali.

Sic quidem emendavit Hudſonus. Antea edebatur *ſe capervia*; unde forſan melius ſcribas *ſe criſpula.* quo deſignavit intortas undas ſimilitudine a criſpulis ſumta capillis, quorum cincinni, non ſecus ac undæ etiam *ſinus* vocantur alibi. Ea certe vox corruptioni magis obnoxia fuit. Vide Lexica, & Comment. ad Minuc. Felic. C. 3. *Criſpi tortuoſique errores maris.* Posſet etiam fuisſe *cernua*, id eſt, *prona.* qua voce non amnis modo, ſed & *cærula* (uti amat quoque cum aliis dicere Avienus,) ponti æquora deſcribuntur. Lucan. L. IV.

Verſu 430.

Miſſa ratis prono deſertur lapſa profundo.

Noster vs. 161.

Montibus ab Siculis capit autem prona meatum.

Vs. 200. de Bosphoro.

Nam vicina ſibi ſtant litora, terraque parci
Faucibus oris hiat; pronam ſinus evomit undam.

vel *pronas undas:* Sed prius malo, ut vitetur frequens repetitio ſibilæ litteræ S. In Edd. quibusdam est *prona unda. Cernua* ergo æquora, eadem, quæ *prona.* De ea voce adi Salmaſ. ad Solin. p. 147. Scott. ad Melam L. III. 7. Pricæum ad Apulej. L. IX. p. 205. *Super menſam cernuus corruens:* ubi in MSS. quibusdam est *tremulus*, *cæruleus* &c. Dein pro *Aſſyrium* malim *Illyrium.* Neſcio enim, quid huc faciat *Aſſyria.* Vide Dionyſ. vs. 384. &c. & hic ſequentia.

Illyris ora dehinc diſtenditur.

Verſu 793.

Protinus hæc ipſas abſorbent fauce carinas,
Involvuntque ſimul mox monſtra vorantia nantes.

Hudſonus ſubjicere tentat *nautas* contra aucto-

ris mentem, qui fingit jam abſorberi carinam, & hinc nautas inducit *nantes*, quo ſe eripiant. Non magis ergo hic verſus indigebat emendatione, quam vs. 930. ubi pluralem *arcus* contra Poëtarum morem deformarunt in *arcum*, citra ullam neceſſitatem.

Verſu 991.

Comminus hic gelidi qua ſpirant flabra Aquilonis,
Urbs Epheſus qua tetræ ſuſtollit ſana Dianæ,
Munus Amazonidum memorabile.

Qua ſecundo verſu non modo præ metro abundat, ſed & plane otioſum eſt, & ſenſum turbat. Quare non male delevit Anglus Editor. Doctiſſimi Viri Munkerus & Broukhuſius inſuper *tetricæ* conjecerunt pro *tætræ;* quod Epitheton abſurdum, & Dianæ indignum eſt. Unde facile inclinare quis poſſit in vocem *tetricæ* ſive rigidæ, & ſeveræ ob ſervatam virginitatem. quomodo *tetricæ puellæ* apud Ovidium dicuntur Sabinæ &c. qui etiam L. III. Am. El. 3. in fine.

Et non de tetricis dicerer eſſe Deus.

Propius id certe accedit, quam Oddii conjectura *Triviæ*. Verum tamen aliud hic nobis ſuppeditat Dionyſius. Ait enim vs. 827. ἰοχεαίρης. Nempe hinc legendum conjicio.

Urbs Epheſus tollit pharetratæ fana Dianæ.

Syllaba *ſus* vocis *Epheſus* adhæſit verbo *tollit* & *qua* ſua ſede delapſum est. Unde forſan malit alius quoque *ſpirant qua.* Diana ſæpe audit *pharetrata* apud Poëtas. Vide notas ad Inſcript. Synt. Reineſ. Cl. I. N. 59. & Ez. Spanhem. ad Callim in Hymn. Dianæ vs. 8.

Verſu 1190.

Non qui lanatum longo pecus educat agro
. . . . &c.
aut tectis ſi quis dolat inpiger ornos,
Vel ſalis in fluctus qui cymbam navita texit,
Si ierit hos ſaltus, nihil indiga ſubtrahit ora.

Corrupit hunc locum Hudſonus: dum pro *texit* repoſuit *rexit*, nullo vel ſaltem parum idoneo ſenſu. Dicit auctor, in his ſaltibus materiei ſatis esſe ei, qui domum ædificare, vel navem fabricare & ſtruere velit. Ab initio ſatis longæ periodi conſtat ſibi in præſenti tempore. *Texere* autem cum compoſitis proprium in hac re vocabulum esſe tam apud hiſtoricos, quam poëtas ſæpius oſtenderunt viri docti. Ipſe Avienus Ora Marit. vs. 103.

Non hi carinas quippe pinu texere
Fecere morem.

Verſu 378.

Ut planiore texerent fundo rates.

In fluctus verò ſignificat *ad navigandum;* quomodo apud Lucan. Lib. I. 306.

In claſſem cadit omne nemus.

ubi vide Oudend. uti & ad L. X. 492.

Junctis in bella carinis.

Quod etiam reſtituendum eſt Juſtino Lib. XLI. C. 2. *Locupletiſſimus ut quisque est, ita plures in bella equites regi ſuo præbet.* Sic enim MSS. aliquot, quos conſului, non *in bello*, ut vulgo circumfertur. Dein idem Hudſonus e conjectura reſcripſit, *ſi adjerit*, pro *ſi ierit*, duriſſime profecto, & cui ſimilem Synecphoneſin non facile reperias. Puto ſimpliciter legendum eſſe *ſi terit hos ſaltus.* Quod verbum non ſolum iſtis fabris bene convenit, ſed etiam illis, de quibus agit, paſtoribus, agreſtibus, vinitoribus & ceteris, qui vel in ſaltibus degunt, vel inde utilitatem percipiunt. Non enim tantum *terere viam, iter* &c. dici, ſed & *terere* locum quemvis in quo crebro verſamur, obvium eſt. Ovid. L. III. Am. 6, 53.

Quid noſtras teris anxia ripas?

Lib. III. ex P. 1, 8.

Pontica tellus,

Finitimus rapido quam terit hostis equo.

Lucan. L. II. 440.

Quod non terat hoste vacantes

Heſperiæ fines.

Martialis L. X. Epigr. 10.

Mane ſalutator limina mille teras.

& alii. Noster etiam vs. 1258.

Mæoniam bello trivere cruento.

Verſu 1202.

Et procerarum fluxu vernat palmarum.

Repoſuit Anglus *fructu.* Video me olim libri oræ adlevisſe *luxu,* ſive luxurie, quæ proprie dicitur de large creſcentibus ramis & palmitibus. At vero nihil mutandum est. *Fluctum palmarum* eleganter vocat copioſam & exundantem palmarum frondem, quavis aura ſe moventem, fluctuantemque. Conſule omnino Cerdam ad Virgilii Georg. II. 370.

Ramos compeſce fluentes,

& vs. 437.

Undantem buxo ſpectare Cytorum.

Adde N. Heinſium ad Claudian. L. II. in Ruf

Verſu 270.

Glaucos fluctus adtollit olivæ.

Ubi hunc ipſum locum, ut editur, citat; ſed in Epithal. Honor. vs. 88. habet *ſurgit* pro *vernat*, memoriæ vitio, an e Codice Ambroſiano, quem laudat, incertum. At ſine dubio male. Ut frequenter Poëtæ *vernare humum*, *arbores* &c. dicunt, ſic etiam Avienus vs 1330.

Et vernat nemorum ſemper coma.

Verſu 1272.

Percurrunt flumina terram

Perſidis, & rigidas curvant labentia ripas.

Epitheton *rigidas* plane huic loco convenire arbitror, & reſcribere audeo *riguas* ab effectu perſulcantium Perſida fluviorum. Adi Heinſium ad Ovidii L. V. Metam. vs. 535.

It riguis dum ſimplex errat in hortis.

& ita ex emendatione Scaligeri Propert. I, 20, 37.

Et circum riguo ſurgebant lilia prato.

F I N I S.

INDEX
GEOGRAPHICUS
IN
RUFI FESTI AVIENI
DESCRIPTIONEM
ORBIS TERRÆ.

A.

Abantum limes, vs. 698.
Abnoba, vs. 437.
Abydus, vs. 693.
Abyla Maura, vs. 111.
Abſynthus, vs. 755.
Aceſine, vs. 1343.
Achæi, vs. 867.
Acheloüs, vs. 593.
Adriatica marmora, vs. 139.
Adula, vs. 431.
Ægeum mare, vs. 187, 467, 556, 988.
Ægyptus. vs. 321, 340.
Ægyptius ſinus, vs. 45.
Ægyptia freta, vs. 969.
Æmathia, vs. 146.
Æmus, vs. 588, 589.
Æolis, vs. 987.
Æolides, vs. 623.
Ænea alba, vs. 118.
Æquor Heſperium, vs. 93.
Æquor Saturni, vs. 56.
Æſarus, vs. 518.
Æthiopes, vs. 271.
Ætola gens, vs. 592.
Agathyrſi, vs. 447, 455.
Agreni, vs. 1133.
Alanus, vs. 443.
Albanus. vs. 907.
Aleius ceſpes, vs. 1036.
Alex, vs. 515.
Alpheus, vs. 570, 1174.
Alpes, vs. 428, 485.
Amazones, vs. 993.
Amazonidum ſoboles, vs. 855.
Amycleæ terræ, vs. 572.
Anchialia, vs. 1039.
Antiochi urbs, vs. 1092.
Apamea, vs. 1082.
Apamena gleba, vs. 1093.
Apenninus, vs. 483, 485.

I N D E X.

Apyri, vs. 908.
Aquileja, vs. 528.
Arabs, vs. 91, 970.
Arabs, ſinus, vs. 1098.
Arabes, vs. 1099.
Arabum undæ, vs. 268.
Arabum ſinus, vs. 45, 833, 1105.
Aracynthus, vs. 591.
Arachotæ, vs. 1296.
Araxis, vs. 917.
Araxeum æquor, vs. 30.
Arcades, vs. 574.
Ardeſcus, vs. 450.
Arethuſa, vs. 1175.
Argivus ager, vs. 576.
Aribæ, vs. 1296.
Arieni, vs. 895. 1299.
Arimaſpæ, vs. 55.
Armenii, vs. 1195.
Aſia, vs. 89. 42. 44. 196. 349. 358. 401. 812 817. 839. 967. 1049. 1044. 1230.
Aſiam ditem, vs. 696. 822.
Asſyria, vs. 949.
Atropateni, vs. 1213.
Atlantæum æquor, vs. 395.
Atlas, vs. 20. 100.
Atticus limes. vs. 382.
Aurea inſula, vs. 770.
Auſonia, vs. 531. 631.
Auſonis, vs. 115. 483.

B.

Babylon, vs. 1160. 1196.
Bactri, vs. 910.
Bactrena arva, vs. 913.
Bœotum confinia, vs. 586.
Basſaridum agmina, vs. 887.
Baſtarnæ, vs. 442.
Bebrycia, vs. 974.
Bechiri, vs. 945.
Berytus, vs. 1070.
Biſtonides, vs. 756.
Bithynia, vs. 962.
Blemyes, vs. 329.
Boryſthenes, vs. 448, 721.
Boſporus Cimmerius, vs. 730.
Boſporus Thracius, vs. 198, 199. 222.
Boſtrenus, vs. 1072.
Britannorum agmina, vs. 749.
Brutius, vs. 505.
Byblos, vs. 1070.
Byza, vs. 973.
Byzeres, vs. 945.

C.

Caduſus, vs. 907.
Calabria, vs. 525.
Calpe Iberica, vs. 111. 478.
Camaritæ, vs. 886.
Campanus ager, vs. 496.
Cana, vs. 1134.
Canopus, vs. 24.
Cappadoces, vs. 1152.
Carambis, vs. 227. 241. 958.
Carmani, vs. 1288. 795.
Carthago Tyria, vs. 288.
Caſia cautes, vs. 168.
Caſius, vs. 1043, 1059.
Caſpia freta, vs. 41. 85. 928.
Caſpina terra, vs. 881.
Caſpia Tethys, vs. 891. 898.
Caſpia unda, vs. 905. 916.

Caſpia æquora, vs. 941.
Caſpia clauſtra, vs. 1229. 1264.
Caucaſus, vs. 862. 875. 1340.
Caucaſeæ arces, vs. 895.
Caunus, vs 713.
Cayſtrus, vs. 1001.
Cephallena terra, vs. 596.
Cephiſſus, vs. 600.
Ceraſtæ, vs. 175.
Ceraunia, vs. 539.
Cempſi, vs. 480.
Cercitia gens, vs. 866.
Cerne, vs. 328.
Chalybes, vs. 947.
Chalcedon, vs. 972.
Chablaſii, vs. 1133.
Chalonita, vs. 1208.
Chatramis, vs. 1134.
Chelidoniæ ins, vs. 184.
Chius, vs. 714.
Choaſpes, vs. 1273.
Chorasmi, vs. 923.
Cilices, vs. 1028.
Cilicum arva, vs. 170.
Cimmerii, vs. 250. 866.
Cimmerius Boſporus, vs. 249.
Cius, vs. 977.
Circæa arva, vs. 877.
Ciſſi, vs. 1208.
Cletabenus, vs. 1137.
Cœle, vs. 1057.
Colchus, vs. 873. 942.
Colias, vs. 774.
Colis arx, vs. 1356.
Commageni, vs. 1041.
Cophes, vs. 1344.
Corſica, vs. 622.
Corycus, vs. 1016.
Cotinuſſa, vs. 612.
Creta, vs. 130.
Cragus, vs. 1013.
Croton, vs. 517.
Cyclades, vs. 704.
Cydnus, vs. 1031.
Cyllene, vs. 491.
Cymander, vs 1350.
Cyrene, vs. 318.
Cyrnus, vs. 121.
Cyrus, vs. 1273.

D.

Daci, vs. 443.
Danubius, vs. 435.
Daphne, vs. 1077.
Delus, vs. 704.
Dercebii, vs. 911. 915.
Duratei, vs. 946.

E.

Ebuſus, vs. 621.
Echinades, vs. 595.
Elaïs, vs. 1068.
Elani, vs. 1102.
Emeſus, vs. 1084.
Emodus, vs. 926. 1377.
Eoüm pelagus, vs. 67.
Epetrimi, ve. 937.
Epheſus, vs. 998.
Ephyræ, vs. 579.
Erembæ, ve. 271. 1142.
Eridanus, vs. 425.
Erymanthus, vs. 574.
Erythreia, vs. 739.
Eythræum profundum, vs. 68. 782. 796.

I N D E X.

Euphrates, vs. 1156.
Europa, vs. 18. 43. 394. 398. 414. 472. 806. 830. 973.
Euxinus, vs. 42. 439. 449. 878 882.

G.

Gades, vs. 22. 256.
Gadir, vs. 100. 610. 614. 615.
Galli vs. 422.
Gallicus æſtus, vs. 112.
Ganges, vs. 756. 826. 1359. 1364.
Gangisflumina, vs. 894.
Garamas, vs. 323, 324.
Gargaridæ, vs. 1348.
Gaza, vs. 1069.
Gedroſia terra, vs. 1285.
Geloni, vs. 446.
Germania, vs. 312. 419.
Germani, vs. 442.
Gerrhæ, vs. 459.
Gerrhi, vs. 1214.
Getæ, vs. 442.
Getulia, vs. 321.
Gortynia mœnia, vs. 132.
Graji, vs. 475.
Graja tellus, vs. 558.
Gymneſia, vs. 620.

H.

Hadrias, vs. 509. 527. 556.
Halys, vs. 959.
Helleſpontus, vs. 34. 466. 968.
Heniochi, vs. 871.
Hercynia, vs. 420.
Hermodon, vs. 1351.
Hermonaſſa, vs. 733.
Heſperides, vs 739.
Heſperium mare, vs. 53.
Heſperius gurges, vs. 79. 422.
Heſperium æquor, vs. 409.
Heſperius Oceanus, vs. 478.
Hiberus, vs. 882.
Hyrcanum pelagus, vs. 86.
Hyrcanus ſinus, vs. 834.
Hyrcani, vs. 908.
Hyrcanum mare, vs 912.
Hyrcanis janua, vs. 1233.
Hydaſpes, vs. 1342.
Hyllei, vs. 1247.
Hylli, vs 536.
Hypanis, vs. 1350.

I.

Jaxartæ, vs. 929.
Japyges, vs. 526.
Ibericus pontus, vs. 103.
Iberi, vs. 415. 456. 474. 478.
Icarus, vs. 800, 801.
Ida, vs. 985.
Illiſſus, vs. 584, 585.
Illyris, vs. 145. 538.
Imbrus, vs. 193. 702.
Indica freta, vs. 67.
Indicum mare, vs. 1053.
Indus flumen, vs. 1286. 1290. 1293. 1336. 1341.
Indorum populi, vs. 1305.
Indorum gens, vs. 1310.
Indica tellus, vs. 1326.
Iönides, vs. 712.
Iönius ſinus, vs. 141.
Jonium æquor, vs. 530.
Jope, vs. 1068.

I N D E X.

Iris, vs. 956.
Iſmenus flumen, vs. 543. 1384.
Iſſicus Sinus, vs. 168.
Iſter, vs. 310.
Italia, vs. 532.
Itala arva, vs. 493.

L.

Laconum culta, vs. 576,
Ladon, vs. 575.
Laodice, vs. 1076.
Latini, vs. 494.
Lamnus, vs. 700.
Leſbus, vs. 715.
Leuce, vs. 722, 723.
Libanus, vs. 1060. 1089. 1132.
Liburni, vs. 535.
Libya, vs. 21. 272. 349. 350. 386. 389. 812. 830.
Libycæ fauces, vs. 80.
Libyſtus, vs. 263.
Ligurum æquor, vs. 113.
Locri, vs. 513.
Locris, vs. 587.
Lotophagi, vs. 303.
Lycaonia, vs. 1019. 1340.
Lycii, vs. 1011.
Lydia, vs. 994.
Lydus, vs. 1010.
Lyrbe, vs. 1024.
Lyrneſſus, vs. 1059.

M.

Macetûm ſolum, vs. 583.
Macrones, vs. 946.
Mæander, vs. 990.
Mæandria gleba, vs. 1000.
Mæotis, vs. 31. 243.
Mæotæ, vs. 853.
Mæonis turba, vs. 1002.
Mæſus, vs. 462.
Mallus, vs. 1039.
Marathus, vs. 1074.
Mariandyni, vs. 960.
Mardæ, vs. 1214.
Mardi, vs. 918.
Mardus flumen, vs. 909.
Marſûm gens, vs. 523.
Marmaridæ, vs. 320.
Maſſilia, vs. 113.
Maſſalii, vs. 281.
Maſſagetæ, vs. 917.
Matieni, vs 1195.
Mauri, vs. 278.
Medorum ſoboles, vs. 1223.
Medi armigeri, vs. 1268.
Medica gleba, vs. 1228.
Medica regna, vs. 1211.
Melanchlæni, vs. 445.
Meſſabatæ, vs. 1208.
Metapontini, vs. 516.
Minnæi, vs. 1136.
Myſus, vs. 976.

N.

Nabatæi, vs. 1132.
Naſamones, vs. 303.
Neapolis, vs. 301.
Neuri, vs. 446.
Nigretæ, vs. 322.
Nilis, vs. 23. 35. 334. 345. 346. 366. 1052,
Norica oppida, vs. 460.
Numidæ, vs. 280.

I N D E X.

O.

Oceanus, vs. 267.
Oceanus, eöus, vs. 1380.
Ogyris, vs. 794.
Ophietis arx, vs. 1205.
Oretæ, vs. 867.
Oricium ſolum, vs. 531.
Oritæ, vs. 1296.
Orontes, vs. 1090.
Orthoſis, vs. 1074.
Oxus, vs. 925.

P.

Pachynus, vs. 129. 635.
Padus, vs. 423.
Pactolus, vs. 996.
Pallenis, vs. 380.
Pallena, vs. 468.
Pamphylia, vs. 81. 185. 840.
Pannonia, vs. 461.
Paphlagonia, vs. 959.
Paphiacus ceſpes, vs. 227.
Panticapeum, vs. 449.
Parnaſſia rupes, vs. 599.
Parnaſſus, vs. 914.
Parthi, vs. 1235.
Patalene, vs. 1294.
Patareis arx, vs. 186.
Pelopis inſula, vs. 562.
Peloris, vs. 636.
Peluſia mœnia, vs. 382.
Peparethus, vs. 699.
Perge, vs. 1017.
Perſæ, vs. 1248. 1253. 1261.
Perſis janua, vs. 1233.
Perſicus æſtus, vs. 1266.
Perſicus ſinus, vs. 832. 1105, 1106. 1280.
Peuce, 440.
Phænagore, vs. 733.
Phæſtus, vs. 133.
Pharii, vs. 23.
Pharium profundum, vs. 165.
Phaſis, vc. 876, 942.
Phaſelis, vs. 1017.
Phocis, vs. 597.
Phænicum, regio, vs. 1163.
Phruri, vs. 934.
Phrygia, vs. 980.
Phyliri, vs. 946.
Piceni culmina, vs. 500.
Pinarus, vs. 1030.
Piſani, 571.
Piſida, vs. 1022.
Platamon Nysſæus, vs. 827.
Propontis, vs. 465. 719. 194.
Pyramus, vs. 1030.
Pyrenæi, vs. 421.
Pyrenææ rupes; vs. 481.

R.

Rhebas, vs. 963, 964, 965.
Rhenus, vs. 430. 748.
Rhodanus, vs. 311.
Riphæi montes, vs. 455.
Romani lares, vs. 495.
Rubrum mare, vs. 1054.
Rutilus pontus, vs. 1135.

S.

Sabathæ, vs. 1136.
Sabæi, vs. 801.
Sabæ, vs. 1345.
Sacre, vs. 740.

I N D E X.

Saga, vs. 1297.
Salmonis Idæa, vs. 164.
Samnitæ, vs. 522.
Samus, vs. 703.
Samus Saturnia, vs. 715.
Sangarius amnis, vs. 981.
Sardinia, vs. 123.
Sardiniæ arces, vs. 622.
Sarmatæ, vs. 442. 854. 858.
Sarmatici fines, vs. 29.
Saronis unda, vs. 581.
Scythia, vs. 31.
Scytha belliger, vs. 806. 971.
Scytha, vs. 1287. 1288.
Scythica gens, vs. 1215.
Scodri gens, vs. 1345.
Scyrus, vs. 699.
Selge, vs. 1025.
Serbonis palus, vs. 372.
Seres, vs. 934, 966.
Sextus, vs. 693.
Sicanum mare, vs. 152.
Sicanium æquor, vs. 486.
Sicana fluenta, vs. 506.
Siculum mare, vs. 127.
Siculum altum, vs. 156.
Siculi montes, vs. 161.
Side, vs. 1015.
Sidonium ſolum, vs. 176.
Sidonii lares, vs. 1071.
Simoïs, vs. 868.
Sindi, vs. 866.
Sinope, vs. 376. 952. 1150.
Siris, vs. 337.
Solœ, vs. 1040.
Sporades, vs. 710. 190.
Sybaris, vs. 521.
Syene, vs. 337. 366.
Syrtes, vs. 158. 162. 291. 300.
Syrûm ora, vs. 1056.
Syriæ ſolum, vs. 1099.
Syriæ limes, vs. 1150.
Sugdias, vs. 924. 925.

T.

Tanaïs, vs. 27. 859.
Taprobane, vs. 777.
Tarſus, vs. 1031.
Tarteſſus, vs. 480.
Taurus, vs. 839. 852. 1049. 250. 1012.
Taurica, vs. 229.
Tauriſci, vs. 444.
Tenedus, vs. 193. 715.
Teredonia rupes, vs. 1161.
Tergeſtus, vs. 529.
Termeſſus, vs. 1023.
Thalus, vs. 701.
Thermodon, vs. 857. 950. 1153.
Thermopylæ, vs. 599.
Theſſalus, vs. 587.
Thoſpites, vs. 1170.
Thebæ, vs. 367.
Threïcium mare, vs. 944.
Thraces, vs. 462. 463. 467. 755.
Threſſa Samus, vs. 703.
Thyle, vs. 760.
Tibareni, vs 947.
Tigris, vs. 1164 1168.
Tmolus, vs. 995.
Tochari, vs. 934.
Trinacria, vs. 119. 631.
Tripolis, vs. 1073.
Triphylis, vs. 569.
Tritonis palus, vs. 392.

I N D E X.

Troja, vs. 986.
Tybris, vs. 494.
Tyrii, vs. 616.
Tyrrhena agmina ſali, vs. 125.
Tyrrhenum pelagus, vs. 131. 296.
Tyrrhenus æſtus, vs. 510.
Tyrrheni, vs. 490.
Tyrrhenis ora, vs. 883.
Tyrus, vs. 1070.

X.

Xanthus, vs. 863. 1011.

Z.

Zygii, vs. 871.

F I N I S.

A D D E N D A.

Verſu 3. Cum editione *Pithœana* lege, *Flumina per terras, quæ pr.* &c.

Vs. 8. Forſan *celebres Hel.* &c.

Vs. 10. *Auſpicio* malit Cl. *Oddius*.

V. 30. Vide *Voſſianum Periplum* Ponti Eux. p. 4. & Fragm. *Scymni* p. 50.

V. 35. Al. *procurrit*.

V. 69. Forſan, *Æthiopumque ſalum diffunditur: hic notus æthram* &c.

V. 78. Lege *tangit.* vel *Primus in orbe ſinus vaſti maris æquora gignit Gurgitis Heſperii; procul hic prot.*

V. 80. *Denique qua lento.* & v. 81. *Vel qua ſole* &c. malit *Oddius*.

V. 84. Malim *prolapſus aquis* cum *Oddio*, vel *protentus aquas* vide v. 575, 667 & 986.

V. 91. Al. *rapido*.

V. 96. Lege *demiſſa*.

V. 99. Vide v. 370.

V. 100. Forſan tollenda diſtinctio poſt *orbis*.

V. 111. Potius *Maura Alyba*.

V. 112. Malim *hoc ſuper*.

V. 117. — *populis caput antea clarum Alba, dehinc* &c. legit *Oddius*. Sed — *populis caput Æmona clarum, Alba d.* malit *E. Hallejus*.

V. 119. Melius *ſummâ c. l. ord.*

V. 121. An *allidente?*

V. 124. An *eoo?*

V. 140. — *deflexa parumper, Qua ſinus* &c. legit *Oddius*. Forſan lectionem vulgatam ſervando, in vs. 141. legendum *Alta petens*.

V. 149. Forſan *circumſonat*.

V. 155. Certe, *lambitur undis*.

V. 165. An *verrit?*

V. 170. Forſan *procurrit*, quod malit *Oddius*.

A D D E N D A.

V. 177. Forſan *agmina longa.*

V. 186. Lege *Terminus hinc.*

V. 188. An *ſonat?*

V. 195. An *procurrit?*

V. 202. An *tanti?*

V. 209. Malim *Arva ſolo*, aut *Arva ſoli* ut vs. 149. aut *Ora ſolo* cum *Oddio.*

V. 213. An *ac arctis?*

V. 214. Scribe *Pontus* hic & alibi.

V. 218. Lege *inclinent æquora.*

V. 227. Forſan *ceſpite Paphlagonum.*

V. 233. Pone comma poſt *locorum.*

V. 236. Fige comma poſt *arctois.*

V. 239. Jam cum *Oddio* malim *directior.*

V. 242. — *boreali rurſus ab alto* malit *Oddius.* Ferri tamen poteſt & altera lectio.

V. 244. Hic & alibi lege *Mæotidis.*

V. 250. Forſan *fulcit Verticis, &* &c.

V. 275. Forſan, *Incolit, hos adſt. r. i. lucis: Hi jam pr.*

V. 279. An *diris?*

V. 281. Potius *Maſſyliique.*

V. 283. Al *irrepunt.*

V. 303. Al. *Meſammonas.*

V. 305. Lege *multo ſua.*

V. 306. Al. *læti.*

V. 380. Al. *diro.*

V. 320. An *regna*, & mox *retro* pro *tergo?*

V. 325. Verſum excidiſſe ſuſpicor ex *Dionyſio*, v. 215.

V. 326. Forſan *Aut procul* &c. Verum *Et procul*, dein *madeſcit* malit *Oddius.*

V. 329. Malim. *ſuſpectant ſolis habenas*, ex v. 369, 534, 835. Pro *ſuccedunt* tamen faciunt verſus 917 & 1212.

V. 335. An *extenti?*

V. 337. Potius *Syenen.*

V. 341. Lege *illinc.*

V. 343. Cum *Oddio* lege *ſerus*, aut *ſero.*

V. 352. An *artibus?*

V. 371. Claudicat verſus. Forſan legendum, *Pars ea, quæ coëat, diſcedit ab æquore, ſeptem Oppida ſuſtentatque; noti* &c.

V. 405. Potius, *Subtrahat extemplo, quali, nux pinea forma eſt, ſingula verſanti talis ſuccedet imago.*

V. 413. Forſan *ſi mente feras*, vel *ſub mente terens*, quod placet *Oddio.*

A D D E N D A.

V. 416. An *oceano boreali?*

V. 418. *Arva tenent curi: nimium vicina Britannis. Fl.* malit *Idem.*

V. 433. Malim *Gurgitis* , *oceani donec.*

V. 445. An *dura*, & mox v. 451. & v. 455. *dira.*

V. 450. Potius *Aldeſcique.*

V. 482. Lege *glela.* nam Græcis Αὐσονὶς αἶα.

V. 485. Malim *turget caput.*

V. 486. Lege *Sicani.*

V. 500. Lege *Culmina.*

V. 505. An *dumos acer* &c?

V. 507. An *diſcluſiſque?*

V. 515. An *Grajas vexerunt lintea cymbas?*

V. 520. Certe *nec minus.* vide v. 545. v. 712 & vs. 1073.

V. 556. *Oddius* malit *citus Adria curſu.*

V. 558. *Graja madet* legit *Idem.*

V. 592. *Ubi* pro *ibi* ponit *Idem.*

V. 564. Forſan *hincque frequentes. Idem.*

V. 612. Potius *Cotinuſa.*

V. 667. Forſan *Qua prot.* itidemque v. 669.

V. 672. Forſan *Carpathia hic rupes attollitur* &c. aut *Carpathus hic rupes attollit: at hæc tamen* &c.

V. 711. *Sydera ceu cœlo reſplendent denſa ſereno*, malit *Oddius.*

V. 715. *Chios* legit *Idem.*

V. 739. Potius *Erytheia.*

V. 740. Forſan, *Hicque acre.*

V. 772. An *ſe mare fundit?*

V. 775. An *extenti*, vel *iu tenti?*

V. 793. *Voraria* legit *Oddius.*

V. 807. *Cavis* malit *Idem.* & v. 808. *duris.*

V. 812. *Lybiam pars adjacet, altera Pontum*, malit *Idem.*

V. 854. Malim *obverſatur.*

V. 856. *Degisſent* legendum eſſe, optime conjicit *Oddius.*

V. 883. Forſan *Pyrrheuide.*

V. 925. Hic & *mox* v. 564. forſan *diffidit* legendum.

V. 930. Lege *arcus*, *Ambitus* &c.

V. 952, Forſan *Se erigit.*

V. 957. *Et citus Armeniæ curſum* &c. legit *Oddius.*

V. 979.— *cedens ſinus Helleſpontum Explicat*, & *Phryg.* malit *Idem.*

V. 981. An *perſtringitur?*

V. 989. Potius *glebam protendit. at hunc* &c.

V. 992. *Triviæ* pro *tetræ* reponit *Oddius.*

A D D E N D A.

V. 1005. Forſan, *ut inſtabiles vaga pend.*

V. 1007. *Veſtibus in vulgi* malim.

V. 113. An *hic idem Cragus habetur Nomine ſub Grajo?*

V. 1025 Lege *Lacedæmoniæ.*

V. 1040. Lege *Soli.*

V. 1089. An *Libani fr. c. turgent?*

V. 1095. — *in ſeptis* malit *Idem.* An *in fœtus facilis?*

V. 1098. Malim *Arabes.*

V. 110. Al. *lentis.*

V. 1135. Lege *Agræi.*

V. 1144. An *irrepunt?*

V. 1156. Potius *feraci.*

V. 1204. — *fulta ren.* legit *Oddius.*

V. 1214. Lege *Mardi.*

V. 1217. — *Pandionis lectum componeret aulâ,* legit *Oddius.* An *Pandionis lethum componeret aulæ?*

V. 1237. *Laborve* malit *Idem*; & mox v. 2239. *armis.*

V. 1240. Lege *haut haſtilia.*

V. 1251. *Qua liq. amnes vid debeat, Utque jugorum* malit *Oddius.*

V. 1259. *Illudunt* legit *Idem.*

V. 1282. Lege *Phœbææ.*

V. 1286. — *at flumen* legit *Oddius.*

V. 1302. Forſan *gilvo inv.*

V. 1316. Malim *Atque ebori invig.*

V. 1319. Lege *prona fluenta Quem procul internis à finibus, aut adamanta. Detul.* &c.

V. 1323. *Excludunt* malit *Oddius.*

V. 1341. An *producit & Indus?*

V. 1347. Forſan *Peucaleüm.*

V. 1351. In iſta voce *modi* latet mons *Emodus.* Forſan *Emodo emittitur.*

V. 1354. Forſan *Qua per fl.*

V. 1355. Lege *Colidis arcis.*

V. 1376. *Duros* malit *Oddius.*

V. 1379. Forſan — *canent Oceani coi:*

VA1
1542383